Et adde pulchrū dictū Barto. in. l. codicillis. §. inſtituto de legat. ij. vbi ſi dico tibi mutua mihi centū ſup iſto libro ⁊ tu mutuas ꝙ videor tibi dare pignori. Et adde notabilem tex. in. l. creditor. ff. ſi certum petatur vbi promiſſio in pignore non preiudicat in ſortem. ⁊ ſic creditor ſepenumero accipit pignus non idoneū. ⁊ ibi dicit Bal. ꝙ tunc creditor preſumitur ebrius ex quo creditor accipit pignus minus debet accipere idoneum ſm eum ibi. Subdit ꝙ cū ēt in pignore iudiciario ſiet pſumptio ꝙ ſit idoneum. l. a diuo pio. §. ſi pignore. ff. de re iudic. ſicut ēt in cōuentionali. l. inter cauſas. §. abeſſe. ff. mandati. ꝙ creditor qui accepit pignus a debitore non poterit debitorē ſuū ⁊ ſuſpectum ⁊ fugitiuum capi facere licʒ alias pignore non accepto hoc potuiſſet vt no. in. l. ait pretor. §. ſi debitorem. ff. qui in frau. credit. inſtit. de actio. in principio qꝛ pſumptio eſt ꝙ pignus ſit idoneum idō non eſt pſumptio fuge ex quo p illud eſt ſibi cautum ꝙ tenemēti. qꝛ i pratice tpe ſuo afferet tibi de lacte ⁊ lana. Adde ēt ꝙ pignus pōt p creditorē alteri pignorari vt ē tex. in. l. i. C. ſi pig. pignori datū ſit. ſed Specu. in eo. ti. §. hoc robur. limitauit mirabiliter illum tit. vt non comprehēdat vltra tres vices. vt tollatur materia infinitatis. ſed Ang. in. d. l. i. §. illud non tenet qꝛ ius q̄ſitū nobis in pignore eſt reale. ⁊ eſt trāſitoriū de perſona in pſonā p mille manus. Et ſi ſubtilr ponderet tex. ibi probat ꝯ Spec. in ver. tam dm. licʒ Lud. ro. nulla facta mentione de Ange. ſequat dictum Spec. in rubrica. ff. de arbit. Sed dubito de hoc qd̄ eſt mihi nouum nec reperio tactū ab aliquo vtrū creditor vigore illius tituli poſſit obligare pignus pro quātitate ſibi debita feneratoribus hodiernis temporis cū ex priuilegio lucrent pignus poſt annum adeo ꝙ ſi perditur pignus perdatur periculo debitoris. Cogita qꝛ videt ꝙ ſic ex quo licitū eſt pignorare pign⁹ imputet ſibi debitor debuit cogitare hoc euenturum forte eē. Fortē nō eſt verū dictū. qꝛ exponere pignus penes iudeum ad vſuras non videt eſſe licitum per ea que no. glo. in. l. i. ff. ſolu. mat. aliter ſup hoc non dico. ⁊ facit in fauorem creditoris. qꝛ factū lege pmittente nō meretur penā. l. gracchus. C. de adul. ſʒ lex pmittit creditorē obligare pignus pignori ergo ⁊c. Et adde ꝙ illud ꝙ non pōt dari pignori ſed ſi eſſe ſperat pōt dari pignori. tex. ē ſing. in. l. ⁊ que nondū. ff. eo. Et inquantū hic dr̄ in ſcda pte rubrice videlʒ ⁊ alijs cautiōibus dicit hic do. Pet. de anch. ꝙ multiplex eſt cautio quedā ſimplex. ⁊ nuda. ⁊ iſta cōſiſtit in ſola pmiſſione. l. ſancimus. C. de ver. ſi. Tu adde ꝙ nō dʒ eē nuda a validitate. dʒ eni eē valida gl. eſt ſingularis in. l. huiuſmodi i prin. ff. de leg. i. nec dʒ eſſe nuda ab obligatōe bonoꝝ vel a pena. ita dixit bart. in. l. ſi pūs. ff. de ope. no. nunci. ⁊ faciat gl. in. l. ij. §. ſi dubitet. ff. de iudi. ⁊ in. l. niſi. §. hec autem. ff. ſi cui plus q̄ p l. falci. Et adde elegantē glo. in. c. i. in ver. cautiōe de cōſecratio. diſtinctio. quarta que dicit quod ſimplex cautio. intelligitur ideſt idonea cautio quod eſt mirabile ⁊ ꝯ no. in. d. l. ſancim⁹ niſi dicas ꝙ illa gl. pcedat i cautōe expſſa a lege ſtorie. l. ſtorie. ff. de ſto. cautōibus. †Quedā eſt cautio iuratoria in qua interuenit pmiſſio de iuramēto. c. qm̄ frequēter vt lite non cōte. Quedā eſt ſufficiens vl̄ idonea puta qn̄ interueniūt pignora vl̄ fideiuſſores. l. ſi mandato titij. §. ſi. ff. manda. Quedā eſt penalis. ſ. qn̄ pmittit aliqd ſub pena. allegat de hoc glo. ſingul. in. d. l. ij. §. ſi dubitet. ſed hn̄ facit gloſ. ſimilis in. d. l. niſi ⁊ ſed hec cautio. Sed qn̄ verbū cautio pfert cū illo verbo ſufficiēti vel idonea dic ꝙ debēt dari fideiuſſores vl̄ pignora. vt in. d. §. ſi. Et ſi dicat cautio mediocris pſtet tūc obligatio oīuʒ bonoꝝ venit. caſus eſt ſing. in. l. filio. ff. vt lega. no. caue. Et ſi dicat del cautio cōpetēs dic ꝙ veniat cū fideiuſſore ⁊ pignore. glo. eſt ſing. in. l. ſi debitori. ff. d iudi. Et ſi dicat caueat vel ſatiſdet. dic ꝙ ſi ē ſuſpecta pſona debet cauere cū fideiuſſoribus gl. ē ſin. in. l. pe. in ver. ⁊ cū rea. ff. de peti. here. ⁊ vide qd̄ hr̄ in. c. ad noſtrā ei pmo de iureiuran. ⁊ in. c. piſanis de reſtit. ſpo. ⁊ in. c. prout de dolo ⁊ contuma. ⁊ in. c. ex publico. de cōuerſa. coniuga. ⁊ vide elegās dictum Bal. in. l. vniuerſa. ff. de pcibus impa. offere. Statuto cauebat ꝙ quando petit cōpromiſſum caueat idonee qd̄ intelligit arbitrio iudicis. ⁊ ita refert ſe in ꝯtingētia facti conſuluiſſe. ⁊ in. d. l. omnes ꝙ in prin. C. de epiſ. ⁊ cle. dixit aliquis tenet dare fideiuſſores ⁊ ſibi non eſt poſſibile ꝙ tenebitur obligare omnia bona ſua meliori modo quo poteſt.

Callus. †Res eccleſie nō debēt pignorari niſi ex neceſſitate iuſtiſſima. h. d. Vel ſic ſine cauſa rōnabili non debent res eccleſie alienari. Vl̄ ſic res eccleſie hic diſcrete non poſſunt pignori obligari niſi vrgente neceſſitate iuſtiſſima. h. d. Primo ponit dictū. ſcdo exceptio ibi niſi. ¶ No. multas res mobiles eccleſie ꝓhibitas pignorari niſi vrgente neceſſitate iuſtiſſima. hodie eſt prouiſum in cle. beneficiorū de decimis ꝙ res hic expreſſe ⁊ alie deputate ad ornamēta diuini officij ſi pñt capi pignorari vl̄ diſtrahi aut aliter occupari p collectores decimarū alia autē ornamēta eccleſie que non eēnt deputata ꝓ diuinis officijs capi pignorari p epōs ⁊ collectores pñt vt ibi no. gl. ⁊ ſic eſt hic caſus ꝙ in caſu vrgentis neceſſitatis alias ꝓhibita cōceduntur. neceſſitas eniʒ nō ſubijcit legi. facit. c. licʒ de ferijs. vbi propter neceſſitatē licitū eſt dominicis diebus piſcari. ⁊ ſic opus ſeruile facere. dʒ tamē fieri aliqua elemoſina in recōpenſatōeʒ vt ibi. qd̄ eſt ſingulare p doctoribus ꝯſulentibus diebus dominicis. qꝛ cōſulere pñt pro forēſibus vt pulchre voluit do. Ant. in. c. i. de ferijs qꝛ tenent in recōpenſationē facere aliquam elemoſinaʒ. qd̄ eſt bene notandū etiā p debentibus ieiunare quibus diſpenſat vt non teneant qꝛ tenent facere aliquā elemoſinā in recōpēſatōeʒ. Facit gl. notabilis in ver. denariū in c. preſbyter. lxxxij. di. ⁊ in. c. medicinam de ꝯſecra. diſt. i. Facit etiam gl. que reputat ſing. in. c. paſtoralis de offi. ord. que vult licitum eē ꝯſiteri layco tēpore neceſſitatis. Facit glo. ſolēnis in. l. i. §. cū in eadē. ff. ad. l. rhodiaʒ de iactu. vbi tpe neceſſitatis oīa ſunt cōmunicāda ⁊ ibi pulchre dixit Angel. ꝙ tempore cariſtie ſi mēdicus furetur panē nō icidit in penā. facit. c. ſi. de furtis. Subdit ēt diuitem teneri iudicis officio alere pauperes tpe famis. p quo dicto allego glo. ſing. in. c. ſicut in ver. eſurientium xlvij. di. Et dixit ibi Ang. ſaluari ſtipēdiarios depdantes ad vſum vite. quod intellige verū quādo dant operā rei licite vt p defenſione patrie vel imperij aut eccl̄ie romane. faciat quod dixit bal. in. l. i. C. de oper. li. ꝙ tpe neceſſitatis pōt dn̄s imponere charitatiuū ſubſidiū p ſeruitijs perſonalibus ſubditis ſuis vſqʒ ad valorem operaꝝ vel mādare ſubdito vt ſeruiat alio eodē exercitio operā. l. ſi libertus artem. ff. de oper. liber. Facit glo. no. in. l. p herede. §. ſi quid tamen. ff. de acqui. here. ⁊ ibi vide ang. an creditor poſſit compellere debitorem vt operetur p eo ſi poteſt ſibi ſoluere. Adde notabile dictum Bald. in. l. ij. C. de ſenten. ex pericu. reci. quod iudex tempore neceſſitatis poteſt ferre ſniaʒ ſuper eo. vide quod habetur in cle. ſi furioſus de homi. ⁊ in. l. ſi alius. §. belliſſime. ff. quod vi aut clam. ⁊ ibi Bar. ⁊ in. l. ſi quis fumo. ff. ad. l. acqui. ⁊ in. l. ſcientiā. §. qui cū aliter eo. titu. ⁊ Bal. in. §. furtum in ti. de pace iur. firmā. ¶ †No. ꝙ vaſa ſacra eccleſie pñt pignorari etiaʒ laycis ſtante neceſſitate iuſtiſſima. ſed glo. ij. ſentit hic aliud eē ſm leges videlʒ qd̄ non poſſint ex eo qꝛ nō ſunt in nr̄o cōmertio inſti. de re. diui. §. ſacre. ⁊ idō ſi pñt vēdi ⁊ p ꝯſequēs nec pignorari. ſec⁹ dicit ſʒ canones. qꝛ pñt pignorari ſtāte neceſſitate vt hic ſequit Hoſ. ⁊ Inno. Hoſt. ꝯmenit glo. iſtā ꝙ imo ſecūdū leges etiā pignorari pñt in caſu neceſſitatis. ⁊ dicit eē caſum formalē in. §. hīdē penis in auc. de non alie. col. ij. ⁊ i. l. ſancimus nemini. C. de ſacroſan. eccle. ſequit do.

a ¶ Res eccleſie. ad materiā tex. vid barto. ⁊ do. ct. in. l. in quoꝝ. ff. de pigno. ⁊ vide notiſſ. mos ſcribētes hic q oīa referūt ⁊ in cle. i. de reb. eccl. nō alie. ⁊ i. c. ſi. ne prelati. vic. ſu.

Cardi.hic Dicit tamē glo.ſaluari poſſe videlȝ ꝙ cano
nes ex prius hoc dicāt ꝙȝ leges do.meus Jo.de imola
reputat hoc eſſe ſomniū qꝛ ſatis eſt expreſſum i.d.l.ſan
cimus ⁊ i.d.§.hīdē penis ⁊ allegat rōem.nam xp̄s qui
eſt dominus rerū eccleſie iuxta no.i.c.cum ſuper de can.
poſſeſſio.⁊ ꝓprie. vellet ꝙ ꝓpter neceſſitatem iminētem
exponerent̃ pignori vaſa ſacra.puta ad redimendum ca
ptiuos cum ipſe ſanguinē effunderit ad redimēduȝ aīas
allegat ēt ꝙ not.glo.in.c.hoc ius.x.q.ſcḋa. ¶ Tu vero
adde qꝛ lōge mirādum eſt ꝙ Hoſt.hic allegauerit illuȝ
tex.in.§.hiſdem penis ⁊ illuȝ tex.nō intellexerit.⁊ docto.
prefati allegāt illum tex.cōtra eum ideo nō videt̃ veriſi
mile nec etiā verum dictū eius bernardus vt vberrimus
iuris fons dixit iō pōdera qꝛ glo.nō mere reprehēdit iu
ra illa ciuilia q̄ diſponūt vaſa ſacra pignorari poſſe i re
dēptionē captiuorū ⁊ aliter non ꝑmittunt vaſa ſacra pi
gnorari ⁊ glo.in.d.l.ſancimus extēdit ēt ad limitanduȝ
pauperes.⁊ etiam hoc voluit gl.ij.hic ⁊ loquitur hic ſi
ne lege ⁊ mouet̃ ſolum qꝛ eſt caſus fauorabil' ideo extē
dendus.Superuenit iſta decretalis ⁊ videt̃ extēdere iura
ciuilia inquātuȝ loquūtur ď redēptōe captiuorū vt habe
ant locū vbicunqȝ iuſtiſſima neceſſitas vrget ⁊ pp hoc
male ē intellecta gl.iſta ⁊ peſſime ⁊ ē itellectus tex.⁊ per
cōſequēs nō meruit reprehēdi ab Hoſtienſ.⁊ ſequacib⁹.
Et adde ſingularē glo. imitātem iſtū tex.⁊ iſtā doctri
nam in.d.l.ſancimus nec cōiter eſt pōderata ibi per ali
quos.Et pondera iſtum tex.ver.pſumat ⁊ cōiunge cum
c.decernimus in ver.pſumāt de iudicijs vbi layci nō poſ
ſunt cognoſcere de caſus eccleſiaſticis ⁊ tex.ibi dicit pre
ſumāt quaſi ex ſeipſis non poſſunt ſȝ ex delegatōe ſupio
ris poſſunt vt ibi eſt glo.multū ſolemnis ita hic pſbyter
nō pſumat ⁊ ſimilia pignorare ergo auctoritate ſuperio
ris hoc poterit licet non interueniat iuſtiſſima neceſſitas
Et pondera text.in.d.§.hiſdem penis vbi ꝓbat quod
3 agit ipſe ille qui pignorat res ſacras. ¶ †Not.ꝙ appel
latione preſbyteri quādoqȝ veniūt clerici inferioris gra
dus faciat ad hoc.c.ij.de cohabi.cleri.⁊ mulie.Naȝ iſta
ꝓhibitio nō ſoluȝ cōcernit pſbyteros ſed omnes clericos
habentes adminiſtrationē eccleſie.Tu allega tex.in.c.i.
xv.q.v.vbi appellatiōe ſacerdotis venit diaconus ꝙ eſt
4 bene notādū ad declarationē iſti⁹ decretalis. ¶ †Utrū
aut libri eccleſiaſtici benedicant̃ gl.i.dicit ꝙ non ꝓcedit
regularit̃ fallit i miſſali ꝙ ꝯſueuit benedici calix tamen
patena ⁊ veſtimēta ſacerdotalia bene habēt certā bene
a dictionē ⁊ conſecrationeȝ ᵃ ſcōm Hoſtiē.Eſt tamē diffe
rentia quia calix ⁊ patena benedicūtur cū vnctōe vt pa
tet ex no.i.c.i.ď ſacra.vnctio ſȝ miſſalle ⁊ veſtimēta ſacer
dotalia benedicūtur ſed nō cū vnctōe ſecunduȝ Jo.an.
Et ex fine iſtius gloſ.habes ꝙ fortius ꝓhibent̃ pigno
rari res noīate hic.qꝛ deputate ſunt ad cultū diuinū ꝙȝ
alie res eccleſie.que lȝ poſſunt alienari ſuadente aliqua
vtilitate ſeu neceſſitate eccleſie vt in.c.nulli de reb⁹ eccl.
nō alie.⁊ in.c.ſine exceptione.xij.q.ij.tñ res hic nomina
te nō poſſunt niſi vrgēte neceſſitate iuſtiſſima eccleſie pu
ta ꝓpter captiuos redimendos qꝛ aliter redimi nō pñt
5 ¶ †Quid ſi pochiani tenent̃ in carcere non volētes ſol
uere ꝯdemnatōȝ factā a iudice an hēat locum dictū iſti⁹
glo.dic.ꝙ nō vt ē gl.multum ſolēnis in.c.ſicut omnino.
6 xij.q.ij. ¶ †Sed an iura icorpalia poſſint dari pignori
Bar.in.l.is qui.§.an vſufructus ff.co.ꝯcludit ꝙ ſi ſunt
iura ꝯſiſtentia in hominibus vt iuriſdictio ⁊ ius ꝙ habȝ
dñs in vaſalluȝ vel patronus in libertum iſta nō poſſunt
pignori obligari niſi ex cauſa magne neceſſitatis ꝑ not.
in.l.i.C.de oper.liber.⁊ in.l.pro herede.§.ſi quid tñ.ff.
de acq.her.⁊ in.l.is qui.ff.de fideicō.liber. ¶ Quedaȝ
vero ſunt iura conſiſtentia in re non in hominibus vt
iuſpatronatus in eccleſia ⁊ ius percipiēdi pedagiū ita
i loco.tūc ſi ſunt talia ex quibus nō pcipit̃ aliqđ ꝯmodū
pecuniariū tūc nō pñt obligari facit ꝙ habet̃ i.c.cū ber
toldus de re iudi.l.plane de leg.i.ſecus ſi ſint talia ex qui
bus ꝯmodum pecuniariū percipi poſſit per id ꝙ hʒ i.d.
§.an vſufructus vbi vſuſfructus pignorari pōt ⁊ ſic ſer
uitus pſonalis ꝑdiorum ruſticorū puta ſeruitus eūdi ꝑ
vnum fundū ad aliū ſecus in ſeruitute ꝑdiorū vrbanorū
per not.i.d.l.is q.§.ſi.cū.l.ſeq.ꝙ itelligit ibi Bar.ꝓce
dere niſi obl'o ſuitutis i predio vrbano fieret eo caſu in
quo eadē eēt rō que eēt in ſeruitute ꝑdij ruſtici ar.l.illud
ff.ed.l.acql.⁊.c.iter corporalia ď trāſla.pla.cum ſimili.
Et ſic per hec habetis expeditam decretalem iſtam.Cu
ius materia in rei veritate quotidiana eſt ⁊ pulchra ⁊
ſatis confuſe a doctoribus expoſita.ſi quid benedixi lau
detur deus benedictus.

1 Ator. †Liber homo licet nō ſit ſoluē
do nō dȝ ꝓ debita retineri.h.d.
nec pt cōmode diuidi. Et inquantū hic do.
pe.i.d.l.ſi.§.labeo.ff.ad.l.iul.pec. dīc ꝙ mu
lier nō pōt capi nec extrahi de domo ēt ꝓ cā criali ꝑ.l.i.
C.ď offi.diuer.iudic.do.Jo.ď imo.hic dicit ꝙ ibi nihil
dr̃ ď cā cri.ſȝ ſolum ď cā ciuili vel fiſcali i qb⁹ nō dȝ muli
er capi vl' extrahi de domo.Et iō dicit quod i cā crimina
li ē recurrēdum ad auctoritatē nouo iure.C.de cuſt.reo.
vbi mulier capi pōt pro crimine ⁊ nō dȝ icarcerari ſȝ tra
di cuſtodiēda in aliquo monaſterio hodie autem ď ꝯſue
tudine ſeruat̃ quod ponit̃ i carceribus ſeparatis a carce
rib⁹ hominum.Tu adde prio qđ Bal.i.l.ꝯſentaneū.C.
quō ⁊ quādo iudex.limitauit illam.l.i.vȝ qđ lȝ mulier ñ
poſſit capi ⁊ icarcerari ꝓcedit in muliere honeſta.Et ita
pōdera ad hoc tex.in.d.l.i.ſecus aūt dicit i muliere luxu
rioſe viuēte qꝛ tūc poſſet capi ⁊ incarcerari allegat in
arg.tex.in auc.ď reſtitu.⁊ in ea que perit in.§.ſi.faciat
gl.in.d.l.conſentaneum que loquit̃ in muliere luxurioſe
viuente.⁊ quod habet̃ i capitulo paſtoralis ď iudicijs ⁊
vide que late dixi in.l.multum.§.i.ff.ď acqui.heredi.Et
adde Jo.an.in addit.Spec.i ti.ď iniur.⁊ dāno dato vbi
dicit ꝙ mulier turpiter viuēs non gaudeat priuilegio ⁊
poſſit carcerari tamē ſi ē maritata lȝ turpiter viuat gau
det priuilegio allegat optimū tex.in.l.ſi vxor.non fuerit
in.§.diuus.⁊ facit ibi tex.in verſi.nec qualecūqȝ matri
moniū.ff.ad.l.iuliam.de adulte.Adde ſecūdo ꝙ ſinoui
det̃ ꝙ har.optime dixerit qꝛ tex.i.d.auctē.nouo iure i v
bo ſi ꝓ eo grauiſſimo crimine dicit ꝙ tunc mulier ē tra
dēda monaſterio vt cuſtodiat̃ ibi carcerata quādo agit̃
de crimine grauiſſimo ergo ſequitur ꝙ vbicūqȝ crimē ñ
eēt ita graue ꝓcedat dictum har.Et pondera tex.i.d.l.
i.in ver.debita qꝛ etiaȝ reus dicit̃ debitor quod ad penā
ſibi iponēdam qꝛ eoipſo ꝙ ďlinquit videt̃ ſubijcere ſe pe
ne vt ē tex.multū ſingularis in verſi.ipſe pene ſubdidiſti.
in.l.impator alias ipatores.ff.ď iure fiſci.⁊ facit ꝙ not.
glo.in.l.i.§.beſtias.ff.ď poſtulā.⁊ in.l.ex hoc iure.ff.de
2 iuſti.⁊ iur.⁊ ꝙ not.in.l.cuȝ ꝓbatio.ff.ď ꝓba. ¶ †Not.
ꝙ liber homo non poteſt dari i pignus ēt i ſubſidiū alia
rum rerum deficiētium imo hodie punit̃ recipiēs homi
nē liberū i pignus i.§.qꝛ vero i auctē.vt nulli iudicū ꝑ
dit enim debitum ⁊ ď ſuo tātūdē dare tenet̃ creditori vl'
ei⁹ parentibus vt not.gloſ.i.c.ex reſcripto ď iureiurā.⁊ in
auc.omnino.C.ď actio.⁊ obli.punit̃ etiā corporali ſuppli
cio qꝛ illa que non ſunt in noſtro cōmertio obligari nō
poſſunt.l.i.§.eam rem.ff.que res pignori ſȝ liber homo
nō eſt dñs membrorū ſuorū.l.liber homo.ff.ad.l.acqui.⁊
ideo pulchre dicebat bal.in.l.ij.C.ď patribus qui filios
diſtraxerūt ꝙ illa.l.ij.habuit ortum ⁊ origiem a legib⁹
antiquis ſm quas pater poterat occidere filium.l.in
ſuis.ff.ď libe.⁊ poſthu. ¶ Sed an liber hō poſſit dari i
obſidem.dic ꝙ ſic ꝑ imperatorē vel papam.l.obſides.ff.
ď teſtamē.l.diuus.ff.ď iure fiſci ⁊ quod no.i.d.c.ex reſcri
pto.⁊ idem dicit̃ per principeȝ qui non recognoſcit ſup
iorem ꝑ no.a bar.in.l.iſamē.ff.ď publi.iu.⁊ i.l.hoſtes.ff.
ď captiuis ⁊ i.l.i.§.ď qua.ff.ď poſtulā.⁊ i.l.i.C.ne quis i ſua
cā.⁊ i.l.non ambigitur.ff.ď legibus ⁊ idem videt̃ i ciuita
te non recognoſcente ſuperiorem vt ē ſplēdus populus
Florentinus

a ¶ Conſecra
tionē.⁊ hmōi
ꝯſecratio fieri
dȝ ꝑ eꝑm non
aūt ꝑ abbatem
vt tȝ no.d.car.
i cle.ij.ix.q.§.
ſtatuim⁹ ď ſta.
mo.iō ex poſt
facto nō pt tā
gi niſi per pſo
nas ſacras de
ꝯſecra.diſti.ij.
per to.

forentinus.ſed ciuitas recognoſcēs ſupiorez nō poteſt
ſz hodie eſt vſurpatū p cōſuetudinē vt voluit glo. in.d.
.l.ij.de patribus qui filios diſtraxe. Sz an cuz cōſenſu il
lius priuate perſone poſſit ipſa dari in obſidez glo.i.d.l.
ij.dicit ꝙ licet d iure liber homo nō poſſit dari i obſidez
p debito tamē p ꝯſuetudinē vſurpatū eſt cōtrariū ꝛ ſic d
facto quotidie ſeruaſ cōſuetudo eni viz legis habet.l.
de quibus.ff.d legibuſ cū ſimili.ꝛ de eo.q remanet i car
cere obligatus pro alio.ꝛ ſoluit habes.l.vnicam ꝛ ſingu
larē i.l.nam ꝛ ſeruus.ff.d negocio.geſ.quaz ita ſingula/
riter allegat Bal.in.d.c.ex reſcripto ꝛ qrit an teneat pa
ctuz ꝙ creditor poſſit capere debitorē reſpōdet ꝙ ſic ſi d
bitor eſt fugitiuus nam hoc ſit lege pmittēte.l.ait pretor
§.ſi debitorē.ff.que in frau.credito.alias ſecus p.l.nō ē
ſingulis.ff.d ſer.fug.ita dicit Bal.i.d.c.ex reſcripto. Sz
tu pondera ſi hoc erat a lege pmiſſum quare reducebaſ
in pactum fruſtra ergo fuit illud pactum niſi ſolues cū p
nota.in glo. ꝛ Bal.in.l.iij.§.ſi rem de leg.iij.Et ſubdit
Bal.i.d.c.ex reſcripto nō valere pactum ꝙ debitor ſtet
ad diſtrictum debitoris ſz bene valere ꝙ ſtaret ad diſtri
ctū in iudicis quia priuatus carcere ē prohibitus ꝛ ita di
cit debere intelligi ꝙ not.glo.ꝛ Bar.in.l. interduz.§.q
furem.ff.de furtis. Ecōtra vero ꝙ debitor nō poſſit per
ſonaliter diſtringi bene valet pactū.allegat.l.ſi ꝯuenerit
ff.d re iud.c.odoardus infra de ſolutio.ꝛ dicit qd homo
mortuos nō poteſt ſe obligare ad penaz mortis ꝛ alle/
gat glo.ſing.in.c.homo mortuus.xxiij.q.v.valet tamen
pactū ꝙ debitor non recedat a certo loco ſine licētia cre
ditoris ꝛ hoc ſecundum Inn.ibi ꝛ idē poterit facere iu
dex ꝙ eſt bene notandum vnde non poſſit cōmittere cre
ditori ꝙ euz detineat captiuum.l.miſſi opinatores.C.d
exactoribus tri. li. x. Et adde ēt ad predicta iquantum
dixi ſuperius d muliere.qr Sal.mirū ſingulariter i auc.
matri.ꝛ auie.C.quando mulier officio tutele fūgi pōt di
4 cit† ꝙ ſi mulier ſuſcipiat tutelā filij ꝛ renūciet omni legū
auxilio quod tunc licet mulier regulariter capi non poſ
ſit pro debito ꝛ carcerari vt dictum eſt tamē iſto caſu po
terit capi ꝛ carcerari quod dictum ē mirabile ꝛ limitat
dictam.l.i.cuz auc.ſua.ꝛ dicta doctorū ſuperius ꝛ origi
naliter fuit dictum Bar.in.l.ſi quis ſub cōditiōe.ff.d te
ſtamētaria tutela.¶ Tu pōdera quia illud dictū ſi ē ve
ruz iudicio meo per.tex.in.c.ij.in.§.ſi in ver. femine ꝙ p/
ſertim ibi etiam ſi ad hoc voluntas accederet eorundem
de iudi.li.vi.iuncta.l.ij.§.ſi autem dignitas.C.d iuramē
to calum.Et faciat.d.l.i.vbi ponderatur honeſtas ſex⁹
5 ꝛ ideo ſuccedit elegans regula † quod vbicūqȝ aliquod
priuilegium eſt introductuz propter honeſtatez pſone ſeu
ſexus nō poteſt tolli per renūciationē. Ita dixit Bal.i
.l.i.C.qui bonis cede.poſ.ex quo ſequiſ qd ſi mulier non
pōt renūciare expſſe priuilegio.d.l.i. ergo multo minus
videtur renūciaſſe generaliter ꝛ facit in argumentum ꝙ
not. Bar. in.l.ſed ꝛ ſi quis in.§. queſitum.ff.ſi quis cau.
ꝛ que dixi in.c.i.de commodato .Et pondera qd ſi eſſet
magna ſumma pecuniarum videreſ ꝙ pro debito ita ar
duo poſſet carcerari argu.eius ꝙ voluit Iac.d are.i.l.
qui teſtamēto.§.mulier.ff.d teſta.iuncta dicta auc.nouo
iure licet actualiter obſtet.l.in ſeruorū.§. ſi.ff.de penis
Et adde Bal.in.d.l.i.C.qui bon.cede. poſ.vbi dicit qd
mulier cedēdo bonis nō carceraſ vt in .l.penulti.in ver.
vtriuſqȝ ſexus eo.titu.ſz ſi nō cedit bonis poteſt carce/
rari ſz in hoc dicit ſeruanda ſtatuta ꝛ ꝯſuetudines loco
rū.Tu intellige dictū eius ſecūdū dicta ſuperi⁹.¶ Sz
an valeat ſtatutum ꝙ creditor poſſit occidere debitorez
nō ſoluētē Bal.in.xii.col.ver.x.l .his apud.C.d ſumma
trini.tenet ꝙ non allegat no.in.d.l.i.C.qui bo.ced.poſ.
Sz contra dictum eius videſ text.in.ver.excutieſ in.c. ſi
ſatiſ.lxxxv.diſtin. Reſpondet quod ibi loquitur ſecūduz
iura antiqua ātē indultū beneficium ceſſionis de quibus
habeſ p glo.in.d.c.i.Et ſic procedit illud ſm leges vete
ris teſtamēti. vt patet.iiij. Regū.iiii.c. ꝛ tamē ibi non di
citur d morte ꝙ poſſit occidere debitorez nō ſoluētē ho
die ſecus vt hic ꝛ in.d.l.i. Ut dici pōt quod ibi loquitur
quādo quis capitur p maleficio.faciat quod.no.in.c.i.d
depoſito ꝛ vide glo.in.d.c.nō ſatis allegātez iſtam decre
talē ꝛ vide Bal.in.d.c.i.dicentem hodie tale ſtatutuz ſi
6 valere.Et ideo dicit non valere ſtatutū † quod ſi debitor
non ſoluat poſſit creditor eum detinere in carcere priua
to.quia eſt crimē capitale ꝛ an debitor poſſit capi pprie
auctoritate ꝛ incarcerari vid pulchre Bar. ꝛ modernoſ
in.l. alia.§.eleganter.ff.ſolu.matri.ꝛ .l. titio cētuz.§.titio
et.ij.ff.d ꝯdi.ꝛ demō.ꝛ bal.i.c.l.i.ꝛ eūdē ꝛ glo.i.d.auc.
imo.ꝛ Ang.in.l.nemo carcerem.C.de exactio.tribu.li.x.
7 ¶ † Utrū autē legi phibēti quez capi poſſe pro debito
poſſit renūciari pacto. Spe.in ti.d renū.§.ij.ver. Item eſt
beneficiuz refert antiquos tenere ꝙ ſic.Et propter hoc
doctores bononienſes quādo mutuabāt pecuniā ſcho/
laribus faciebāt eos renūciare legibus pdictis vt ſic p
debito poſſent detineri ipſe tz ꝯtrium p.d.l obſes ꝛ p di.
ctaz auctent.imo dicit fallere i ſcriptoribus qui poſſunt
poni in carceribus vt cōpleāt ſcripturas quas promiſe
runt ſcribere faciat glo.que allegaſ ſingularis ad hoc i
.l.ſtipulatio.§.fine.ff.d ope.no.nūcia.Tu adde ꝙ Bar.
tenet cōtra.i.d.§.fine niſi eſſz electa induſtria pſone. Sz
bal.i.l.bi.C.loc.attigit diſtinguēdo ꝙ aut erat ſcriptor
ſolēnis ꝛ cogiſ preciſe qr ex natura rei promiſſe relata
ad perſonā promiſſoris tacite videtur hoc actuz inter p
tes ꝛ ad hoc ponderat glo.in.d.§.fine. Aut non erat ſo
lēnis qr a mltis eque bñ poterat fieri illa ſcriptura ꝛ tūc
ſecus.ideo poterit agi ad interē vel ad penā.ſed in.l.ſi
traditio.C.d actio.empti. ſimiliter dicit ſcriptorem poſ
ſe poni i cōpedibus ꝛ facit ꝙ ipſe voluit in.l.ſiquis.C.
de epiſ.ꝛ cler.vbi loquitur in ſcriptore qui fuit electus i
rectorē medicoz Bononie ꝛ i.d.l.i.q bōis cede.poſ.di
xit ꝙ ſcriptor ſi liberaſ cedēdo bonis ſcdz facultatē ſcri
bēdi alias ſecus qr propter poſſibilitatē ꝯuenit ad iter
eſſe ſz in.l.i.C.d ſen.q pro eo qd itereſt pferunſ dicit aut
ſcriptor ſcribit librū legalē ſeu medicina' eū qui tendit
ad publicam vtilitatem ꝛ preciſe cōpelliſ ar.g.l.ſi deicō
miſſaria.§.ſi.d.leg.iij. Aut aliū librū puta cātilenas ꝛ ſi
milia ꝛ tūc nō pōt compelli pciſe.ſed ad intereſſe teneſ
q diſtinctio videſ ſatis dura pricipaſr in oblōib⁹ extra
iudicialib⁹ facti vbi cedit oblo ad intereſſe.l.ſtipulatōeſ
§.celſus dvb.obl.vide ꝙ no.ibi Bar.ꝛ moderni ꝛ Cy.
i.d.l.i. Nō ob.d.l.ſi ſeicōmiſſ.§.ſi.qa ibi tēdebat factuz
principaliter ad publicā vtilitatez.ſz in caſu iſto ſecūda
rio. Et ex iſtis poteris colligere optimā diſtinctionē ſu
per iſto paſſu. Io.an.i dicto ver.idē eſt bñficiū i addit.
Spec.dicit ꝙ illa queſtio tēdit i aliā an p actū poſſit re
nūciari bñficio ceſſionis bonoz dato a iure q qſtio tāgiſ
p Dy.ꝛ bar.ꝛ modernos i.d.l.alia.§.elegāter ꝛ Cy.re
ferēs Iaco.d are. Bal.ꝛ Saly.i.d.l.i.C.q bo.cede.poſ.
ꝛc.p omnes canoniſtas i.c.odoard⁹ iſra d ſolu. ꝛ ibi di
ceſ ꝛ.o.Car.ꝛ Io.de imo.hic ꝛ p do.An.i.c.cū ꝯtiget
d iureiuran. Et Feder.de ſenis cōſilio.lx.alias.lvii.ꝯſi
d rota.deciſione.ccc.ꝛ.clxxi. Bal.i.o.l. poſuit nouā con
a 8 cordiā. ¶ † Utrū autē milites 'nri temporis poſſint car
cerari p debito ꝯtracto vl vlrie volūtatis. Bal.i.d.l.i.
q bonis cede.poſ.tenet ꝙ ſi qr licet nō habeāt iſignia ob
ſeruātie veteriſ habēt tñ iſignia obſeruātie noue allegat
i ar.c. trāſlato d cōſtit. ſi itelliges dicit de piratis q oſtr
militaſ ſicut catul⁹ i ſilua vt no.i.l.i.ff.d bo.poſ. ex teſta.
mil.qr ipugnāteſ ſecuritatē nauigātiū ſūt hoſtes publici
ꝛ iſames ꝛ ñ pñt eē milites vt i.l.i.i d.optioſ fideliſſimoſ
ꝙ milites meos.ff.d teſt.mil. Bar.tñ i.l.miles.ff.d re iu.
ſentit ꝯtriū vt ſolū habeat locū i debito cōtracto i caſtriſ
vide ibi per eum ꝛ p Saly.in.d.l.i.C.q bono.cede.poſ.

b Ex preſentium. † Si rector eccleſie p fa
cto ſuo ppriorē eccleſie obligauit cogiſ eī⁹
eē redimere ꝛ reſtituere eccleſie.h.d.pmo nar

a ¶ Milites. Uide ad hoc Raphe. fulg. in.l.i.ff.ex qui. c.u.maio. qui oēz ꝯtrouerſiā inter duo lumi na mūdi. bar. ꝛ bal.refert ꝛ inuiſte ꝯ bart. tenere nunc.

2 rat ſcḿ ſo dat iudicē ſibi vñ qm. ¶ † No. ꝙ rector eccle
ſieñ videt poſſe obligare rē eccłie ꝑ neceſſitate ſua.i.ꝑ
neceſſitate rei pr̄imonialis ſꝫ poſſit obligare ꝑ neceſſita/
te eccleſie quod procedit niſi eſſent neceſſitas perſone ip
ſius clerici puta quia erat infirmus vel egebat indumē
tis ꝙ tūc tenebitur ſucceſſor eius ſm Jo.an.hic facit .c.
ſ.ð ſolut.c.cū ſꝫ ð preben. quod ē ſingulariter notādum
ſm do.Car.hic referēs ſe in cōtingentia facti ſepenume
ro ita cōſuluiſſe.Ego vidi dubitari ð facto ſup hoc pū/
cto ⁊ reſtrigebam me ad hanc cōcluſionē iudicio meo
veriorē vt attēderet an redditus eccleſie ſufficiebant cle
rico aut nō qꝛ ſi nō ſufficiebāt ꝓcedat dictum Jo.an.dñi
Car.⁊ ſequatium.Si vero redditus eccleſie ſufficiebāt
quia eccleſia bñ habūdabat in fructibus ꝙ tunc licet pi/
gnorauerit ꝑ īdumētis pſone ſue ⁊ alijs ſuis neceſſita
tibus ꝙ illo cāu non tenebit ſucceſſor quia fructus futu
ri ſunt reſeruādi futuro ſucceſſori ð quibus ꝯviuere p.c.
pñti.§.porro de offi.ordi.li.vi.⁊ ita ꝯſultus in facto re/
ſpondi i.c.i.īfra ð ſolu.⁊ etiam limita dictum Jo.an.⁊ ſe
quatium niſi eccleſia illa fuiſſꝫ impotēs tēpore ingreſſus
rectoris qꝛ tunc ſibi iputet quare eccleſiam īſufficiētem
acceptent.c.clericus victum.lxxxxi.diſ.⁊ qð nōt.glo.i.c.
3 homo xpianus ð cōſecra.diſt.i.⁊ i.c.i.xxi.q.i. ¶ † Not.
ꝙ heres clerici tenet reddere eccleſiaꝫ idēnē ex mala ad
miniſtratōe defuncti vide ſing.gl.in.c.placuit.xvi.q.ij.
el.ij.vbi ſi prelatus pmiſit rem eccleſie pſcribi tenet ec/
cleſie ð ſuo reficere.ita ergo tenebit heres eius per iſtum
tex.Jdem vbi potuit acquirere ⁊ neglexit.ij.q.iij.c.ij.
Et pondera iſtum tex.quia loquit de filio ipſius clerici
⁊ ſic ꝓbat tex.iſte ꝙ ita demū videt poſſe agi cōtra filiū
poſt mortem patris ſi appareat ꝙ teneat bona patris.⁊
ſic non videt fundata intētio creditoris hereditatis pa/
terne ex ſolā filiatōe.Alij vero dicūt cōtrarium p illō di
ctum apoſtoli glorioſi filius ergo heres.ð quo p glo.i.l.
neceſſarijs.ff.ð acquirē.hered.ſꝫ prima opinio ē verior
⁊ ad hoc allegat glo.ſingu.in.l.ſi cum dotē.§.tranſgre
diamur.ff.ſolu.matri.que dicit quod actori aſſerēti aliū
heredem pris incūbit onus probandi bene facit gloſ. in
d.l.neceſſarijs ⁊ tex.in.l.i.C.vt ſe ab hereditate abſtine
at.⁊ re vera ñ ē dare meliorē tex.i corpe iuris ꝓbantē h
ꝙ iſtum tex.nouū ad hoc in verbo dicit obtinere. qꝛ h
verbū obtinere habet importare acquiſitionē ipſaꝫ ⁊ ef
fectum ſucceſſionis iſte eſt tex.i.l.poſthumus i verbo ob
tinebit.ff.ð iniuſt.teſta.de quo verbo fecit mētiōeꝫ tex.in
c.ij.de reb.eccle.nō aliena.in.vi.⁊ in.c.ſi gratioſe de re/
ſcrip.eo.lib.⁊ in.l.ꝓlatam .C.de ſenten.⁊ interlo.om.iu.
ſꝫ tex.in.d.l.neceſſarijs in verbo tenet creditoribus fa
ciat de hoc dubitationē ⁊ ꝓpter hoc dubitauit ibi gl. ſꝫ
poſtea decidat pro iſta parte.qꝛ tex.eſt hic clarior ð iur
qꝛ ꝓbat ꝙ iſta tenet ſi obtinet ex ſucceſſione hōꝫ paſna
Bar.ibi dicit ꝙ licet filius in poteſtate ſit ipſo iure obli
gatus creditoribus vt ibi eſt tex.tñ iterim anquam ſe im
miſceat nō pōt cōueniri a creditoribus hereditarijs qꝛ
ſperatur illa obligatio nouari p ſubſequētē abſtinētiam
ideo ñ ē ꝯueniēd⁹ ar.l.ſi pecuniā.ff.ſi cer.peta.Et ſubdit
ꝙ licet filius nō ꝯparuerit i iudicio ad allegandam ab
ſtinentiam tamē nō debet ꝯdemnari.qꝛ cuꝫ illa exceptio
ſit introducta a iure tanquam notoria nō eſt neceſſe alle
gari.l.quo ſub ꝯditione.§.ſi.ff.de ꝯdit.inſtitu . imputent
ergo ſibi creditores.qꝛ antequam igrederent iudiciū nō
petierunt a filio an velit eē heres.facit in ſimili.l.qui pe
titorio.ff.ð rei vend.Ex quo dicto Bar.habes mirabilē
limitationem ad glo.in cle.appellanti ð appel.⁊ ad tex.
in.l.ſi adulterium.§.idem pollioni.ff.de adul.vbi habe/
tur ꝙ notoriuꝫ reſultās ex facto iuris nō debet allegari
⁊ fuit dictuꝫ Jnn.in.c.raynutius de teſt.⁊ optime ꝓbat
ibi tex.facit.c.afferte ð preſumptio.vide ibi dicta p me ⁊
per iſtum tex.videt ꝙ Bal.minus bene dixerit i.l. apð
hoſtes .C.de ſuis ⁊ legiti.vbi dixit ꝙ ſi pater fuit ſuus
vt eſt filius pſumit debitor ⁊ vno ꝓbato ꝓbatum eſt re.

liquum.⁊ dicit eſſe glo.ſingu.de hoc i.§.ſancimus i auc.
vt qui obligatus res minorum.Et limitat nō habere lo
cū dictū doctorum in filio legittimato p oblationē curie
quis velit nolit ē heres pris vt ē tex.ſingu.in auc.quib.
mo.natu.effi.legit.§.hec quoniaꝫ ⁊ ita etiam cōtra qꝛ
ſicut patris hereditas deuoluit ad filium legittimatuꝫ p
oblatōꝫ curie velit nolit ita hereditas filij ad patrē vt ē
caſus ſin.i eo.aut.§.i qb⁹.⁊ ꝓcedit iſte tex.pp beneficiū
abſtinēdi datum a ſuo ꝑtore inſtit.ð re ꝑ qualitate diffe
rētia.§.ſed his pmittit ꝑtor ⁊ etiā fuit introductū a lege
ciuili vt ē caſus ſing.in.l.ſi.§.⁊ ſi quidem in ver.pſentis
legis auctoritate.C.de iure delibe.quē text.allegauit ter
ꝑ nouo bal.ibi ad hoc Saly.in.d.l.i.etiā allegauit tria
iura ad hoc que hoc ñ probant ego allego tex.etiā nouū
ad hoc in.c.i.an agnatus vel cognat⁹ in vſib⁹ feudorū
vbi probatur quod beneficiū abſtinēdi ē etiam introdu
ctuꝫ a cōſuetudine vt ibi videas Bal.Pondera ibi mo
neas ⁊ cōpellas quia probat iudicio meo ꝙ vbicunqꝫ
ñ ē appoſita dies obligationi requirit monitio ꝙ bñ no
tabis pro creditore qꝛ tenet monere debitorē vt ſoluat
anteqꝫ vadat ad iudiciū ð quo vide i.l. quidā iberus i
verbo queſo vt cū ibero loquaris.ff.de ſeruit.vrba.pdi.
⁊ Bal.i.l.nō ignorat.C.ð fructi.⁊ lit.expen.Ang.in.l.
ſi manumiſſori.C.ð obſequiis ⁊ in l.in fideicōmiſſ.⁊ ibi
eſt caſus aureus.ff.ð vſuris ⁊ do .Abb.in.c.ſecundo de
accuſationibus ⁊ in capitulo licet hely de ſymo.⁊ tex.i
capitulo accuſatio.ij.q.vi.Et Specu.in titulo de prepa
ratorijs iudiciorum.§.i verſicu.porro.⁊ facit quod ha/
betur in.l.debitores.C ð pignoribus .Et adde ſimilem
modum loquēdi in.c.excōicamus in verbo moneas ⁊
iducas ⁊ ſi neceſſe fuerit compellas ð hereti.⁊ i.c.ð h i
verbo moneas ⁊ iducas de ſymo.⁊ in.c.pen.ð iudeis ⁊
i.c.i.ð teſtibus cogē.⁊ in.c.tue nos ⁊ in.c.ſicut ei.ij.ð iu.
4 iura.⁊ in.c.ii.de ſpon. ¶ † No.vnam viam agēdi cōpe
tētē eccleſie qñ res eius ē per rectorem male alienata qꝛ
poteſt eligere rectorem vel ſucceſſorem ipſius rectoris
⁊ ſic cōpellere eū ad reprimēdam rem male alienatā ⁊
vt eccleſie reſtituat.Sed cōtra imo rectavia pōt eccleſia
agere ad res ſuas male obligatas i quibus obligatio ñ
fuit cōtracta vt in iuribus allegatis hic i glo. pria q̄ tri
pliciter ſoluit ⁊ duobus alijs modis ſoluit Jo.an.in no
uella primo ꝙ hic creditor ignorabat rem fuiſſe eccleſie
ſecus ſi ſciuiſſet.l.liberi .ff.de cōtrahē. emp. quod non
placet qꝛ ſciētia vel ignorantia quo ad cōſtituēdū ius i
re ꝓhibita vēdi vel obligari nō attēdit ſꝫ quo ad actio
nē cōtrahēti cōcedendam vel non.⁊ ita intelligit illa.l.
Alio modo ſoluit Jnn.ꝙ hic fuit cōtractus initus nō
eccleſie ⁊ forma ſeruata ſꝫ pecuniam fuiſſe conuerſam i
vtilitatē eccleſie non obſtabat ex quo ſentit Jnn.ꝙ cre/
ditor iſto cāu poſſit rem retinere quod nō credit veruꝫ
do.Ant.nec etiam do.Pe.in mutuo ð q̄ loquit tex.Sꝫ
do.Car.ſaluat Jnn.dicēs aut loquimur quātum ad ꝑ/
latum aut loquimur quātuꝫ ad eccleſiam primo cāu ob
ligatur prelatus ſꝫ mutuuꝫ non fuerit cōuerſum i vtilita
5 tē eccleſie. ¶ † No.ꝙ iterdū quis ꝑuenit morte ⁊ emē
dare non pōt quē leſit ⁊ multi ſm Goffre.ſic ꝑueniūtur
6 facit.c.null⁹ ð penit.di.vii. ¶ † Nota ꝙ ſꝫ oblō acceſ/
ſoria pignoris non valeat tamē non viciat obligatio p
ſonalis cōpetēs cōtra debitorē ⁊ eius heredes nec mirū
qꝛ acceſſoriū non regulat pricipale ſꝫ potius ecōtra.l.
ex pupillari.ff.ð vulga.⁊ pup.c.acceſſoriū ð regu.iur.
li.vi.Et pondera hñ glo.ſi.que ſentit ꝙ rector eccleſie
eqperat curatori minoris.Tu adde glo.i.c. qualiter ⁊
quādo el.ii.ð accuſa.⁊ qð no.glo.i.c.ſi.v.q.iii.Et adde
glo.in.c.inquirendū ð pecul.cleri.q̄ equipat eccleſiā pu
pillo ⁊ rectorem eccleſie tutori ⁊ adde glo.in capitulo
ſꝫ hely.ð ſymo.que vult ꝙ iura loquentia de tutore vt
efficiat infamis ſi remoueat a tutele habēt locū i plato
moto ab adminiſtratōe eccleſie ð quo vide plene colle
ctariū ⁊ modernos in.c.venerabili ð offi.deleg.⁊ Bart.
.l.ſi forte

l.ſi forte.§.i.ff.de ſolut. ⁊ late ſingu.glo.in.l.ſi ꝑ̃ces quaſi
deſertam.C.quõ ⁊ qñ iudex equipat eccleſiam viduatã
paſtore minori ideſẽſo ⁊ carẽti curatore. ⁊ itellige ꝙ iſta
eq̃patio nõ eſt p omnia equalis qa liberiorẽ adminiſtra
tionẽ hʒ rector eccleſie ꝙ̃ hẽat tutor vł curator i bonis
pupilli aut minoris vt eſt gl.melior ð iure ponẽs differẽ
tiaʒ hãc i.d.c.ſi.v.q.iiij. ⁊ iõ Inn.i.d.c.licet heli dicebat
ꝙ maiorẽ poteſtatẽ habet plamis i adminiſtrãdo bõa ec
cleſie ꝙ̃ hẽat tutor i adminiſtrãdo bõa pupilli. Et ideo
glo.ſolemnis i.c.is cui ð electi.li.vi. dicit ꝙ rector eccle
ſie habet liberam adminiſtratiõeʒ ꝙ itelligendum ẽ dũ
mõ iuſte adminiſtraret vt i.c.relatio .xxi.q.i.faciat gl.i.
c.relatũ ð ꝑben. ⁊ iõ dixit glo.pegrina i.c.ſi.xij.q.i.ꝙ re
ctores eccleſie habẽtur loco domini cũ bñ adminiſtrant
Et adde elegantẽ glo.ſi in.l.pupillorũ.ff.ð rebus eoꝝ q̃
ponit differẽtiã iter ecclĩã ⁊ pupillũ quo ad faciẽdã diui
ſionem ⁊ ꝑmutationẽ .Et adde etiã ſingul.glo.i.c.cuicũ
q̃.xij.q.iiij.q̃ dicit ꝙ rector eccl'ie nõ dʒ iducĩ blãdo ſer
mone aliquẽ ad reliquẽdũ ſibi ſi erat diſpoſit⁹ relique
re eccleſie lʒ glo. Accurſii.in.l. qcq̃d.C.arbitrium tutele
7 dixerit cõtrariũ in tutore vide dicta ibi. ¶ †No.ꝙ cle
ricus ſecularis licite tenet p̃rimonium ⁊ eccleſiam facit
c.cum ſʒ apoſtoluʒ ⁊.c.epo ð prebẽ. ⁊ quod pulchre vo
8 luit Inn. in.d.c.epus ⁊ in.c. poſtulaſti de reſcrip. †Ex
quo iferri põt ꝙ licite ⁊ ſalua cõſciẽtia põt rector eccle
ſie tenere ⁊ cõſeruare ſibi p̃rimoniũ ſuũ ⁊ viuere ð red
ditibus beneficij facit not.tex.in.c.ſi.i.q.ij. ⁊ qð habetur
in.c.cum ex officij ð preſcri. ⁊ hoc tenuit Huguccio.xij.q.
i.c.illi autẽ ⁊ hoc ſequitur ibi Laurẽt.Sʒ in cõtrariũ fa
cit.c.paſtor. ⁊.c.ſacerdos ⁊.c. cleric⁹ .i.q.ij. ⁊.c.epus ec
cleſiarum ⁊.c.illi autem.xij.q.i. ⁊ ibi dixit gl. ſolẽnis ꝙ
clerici habẽtes p̃rimoniũ poſſunt habere bona eccleſia
ſtica vt illa diſtribuãt pauperibus non autẽ vt illa ſibi
reſeruẽt. ⁊ ideo refert doctor excelſus Io.de ligna.i.d.c
epo de ꝑben.ꝙ cum Urbanus quintus diſponeret ſe
ꝓmouere eundem do. Io.ad ſummam dignitatẽ cardina
lat⁹ refert ſe rñdiſſe ꝙ potius volebat viuere ð labore ⁊
ſudore manũ ſuarũ ꝙ̃ bibere ſanguinem martyrũ ṽbuʒ
ꝑfectũ cõtingit ẽt bñ dominiſ ꝑlatiſ qr auctoritas Io.ð
ligna.non fuit mediocris.do. Abb.diſputauit articulũ
iſtũ ego late dixi ð hoc in.c. ꝑmas el.iij.I.ð ſymo. ⁊ etiaʒ
latius dixi i tractatu meo ð preſtãtia Car.in prima par
te ⁊ idiſcurſu lectõis dicas hoc modo ꝙ ſi noſ loquimur
i eccleſia primitiua i qua omnes credẽtes i xp̃o habebãt
omnia bona cõia ⁊ ſic clerici nihil habebant proprij.xii.
q.i.c.cui portio. ⁊.c.certe. ⁊ ideo habito reſpectu ad ſta
tũ eccleſie primitiue ꝓcedunt iura allegata ſupius ſʒ ha
bito reſpectu ad eccleſiaʒ moderneʒ in qua homines ce
perũt tepeſcere a fide nec fuerũt i illo feruore i quo fue
rũt tẽpore primitiue eccleſie ⁊ tẽpore apoſtolorũ eccle
ſie ⁊ etiam clerici icẽperũt retinere patrimoniũ ⁊ habeĩ
mercedẽ ð ſeruitio eccleſiaſtico qr qui ad onus eligĩ nõ
debẽt repelli a mercede.c.ſi.i.q.ij.ſi.ð magiſtris nõ eniʒ
ligari debet os bouis triturantis vt in.c.cum ſecundum
apoſtolum ⁊ ita procedunt iura alia ⁊ dictum Hugu.
Inn. ⁊.aliorũ.

1 **Llo vos.** †Si vſurarius emit eo
i pacto ꝙ poſt tẽpus re
ſtituat vẽditor recipiendo aliquid vltra ſor
tẽ fructib⁹ tamẽ in ea cõputatis iudicatur
2 Zamo feneraticius hoc dicit.Et probat iſte tex.† qð ſciẽ
6 tia ẽ donũ⁹ dei ⁊ idẽ verbũ apponitur in textu.c.qualiter
de elec.vide ſolemnẽ tex.i.§.eccle.xxxvi.diſtin.i ver.hinc
etiam dauid primus ex gratia ſpiritusſancti donũ ſcientie
pceperit ⁊ ſic probat ꝙ Dauid habuit ſciẽtiã a ſpũ ſctõ
Subdit etiam tex.ibi.Salomon nõ diuitias nõ lõge tẽ
pora hui⁹ vite ſʒ ſapientiã a deo petijt ⁊ ipetrauit ⁊ ſcri
bitur Iheremie in principio.a.a .domine neſcio loqui.
cui deus reſpõdit.ecce ðdi verba mea i ore tuo ⁊ te ꝯſti
tui ſuper gẽtes ⁊ regna Refert gratianus i.d.§.ecce ⁊
ideo pulchre dicĩ i.c.nõ liceat i ver.deũ innocẽt edito
reʒ qui eis ſapientiam donauit.xxvi.q.v. ⁊ vid pulchra
verba Hieronymi ſuper libro Malachie.iij.c.relata
3 p Gratianũ i.c.reuertimini.xvi.q.i. ¶ No.hic† ꝙ plꝭs
pñt agere i eodem libello ⁊ plures ꝯueniri.l.ſi ẽ nouũ
ff.de actio.empti.glo.ij.in.c.querelam de electio. Sed
an plures rei debendi vel cedẽdi poſſint agere vel con
ueniri eodem libello vide Bar.plene loquẽtem in.l.iii.
§.i.ff.de duo.reis.Spec.in titu.de libelli exceptione.§.
ſi. ver.ſed pone titius egit ⁊ vide Ange.in.d.§.i.q dicit
ꝙ quis vnico verbo põt litẽ cũ pluribus ꝯteſtari ⁊ eua
dere ꝯtumaciã pluriũ vide Bar.i.l.accipientis.ff.ð auc.
tuto.vbi vna voce põt interponi auctorit as duobus di
uerſis actibus ⁊ vide Ang.in.l.apud eũ.§. impator ff.ð
manumiſſio.vbi dicit ꝙ impator vnico verbo facit docto
res ⁊ papa ſacerdotes.vide eundem in lege cũ ſalutat⁹
.C.de ſenten.paſ.Et an ille qui agit cõtra plures inſoli
dum teneaĩ ꝓteſtari ꝙ vnica ſolutõe erit ꝯtentus glo.eſt
4 ſingularis i.l.i.C.de ſideiuſſo.tute. ¶ † No.ꝙ preſumiĩ
cõtra aliquem ex eo ꝙ facere ꝯſueuit ⁊ facilius ꝑſumiĩ
ꝯtra vſurariũ ꝙ fecerit ꝯtractum ſimulatũ ⁊ i fraudem
vſurarum ꝙ̃ cõtra aliũ.vide Bal.i.c.i.de feu.dato inicẽ
.l.cõmiſſo.vbi dicit pone fenerator mutuauit mihi pecu
niã ⁊ ego facio cartam vẽditiõis cuiuſdã domus hoc
pacto ꝙ ego promitto reemere domũ illã poſt quinquẽ
niũ ⁊ nõ ante ꝓ eodem precio ꝙ ſi nõ põt aperte ꝓbari
ð mutuo tamẽ ex cõſuetudine feneratoris qr ſimiles cõ
tractus facere ꝯſueuit ꝑſumeĩ cõtractus vſurarius ⁊ al
legat iſtum tex.vide ſolemne dictum Bal.i.l.i.C. ð col
lu.deteg. vbi colligit argumentum ex illo tex. contra fe
neratores qui faciũt fieri cõfeſſionem coram epo ꝙ iſtru
mentum ẽ de vero ⁊ puro capitali nam cenſeĩ eſſe collu
ſio facta in fraudẽ vſurarum ⁊ ideo nõ valet ꝙ autem
ſit concluſum dicit debẽ probari ſaltem p preſumptõem
canõis qui i hoc articulo ꝑualet confeſſioni ⁊ in hoc tex.
iſte erit mirabilis nec cõiter ponderatus ⁊ cum in ciui
tate tudertina ãno ſupiori quidã ad petitõʒ cuiuſdã vſu
rarij fuiſſet cõfeſſus corã vicario epi tudertini ꝙ reuera
debitum erat purum ⁊ ſimplex nec aliqua labe vſurarũ
ſordeſcebat cõſului contra illã cõfeſſionẽ ꝓpter cõſuetu
dineʒ illi⁹ vſurarij qui multas ꝯfeſſiones illo mõ extolle
ret coram epo tudertino ⁊ in ſpecie adduxi i med.ũ iſtã
elegantem doctrinã Bal.Et ideo dixit idẽ Bald.i.l.ij.
.C.plus valere quod agitur.ff.i iſtrumento partes di
xerãt ꝙ ñ per ſimulatõʒ ſʒ p merã ṽitatẽ iſtrumẽtũ fabri
catũ fuerat ꝙ ex hoc oriĩ ꝑſumptio ṽiſſima ſimulatõis ð
quo dico fecit ſeſtũ do.Cardina.in.d.c.ad noſtrã ð emp.
⁊ vẽdi.faciat glo.que allegaĩ pro ſingulari i.l. ſi qſ ſub
cõditiõe.ff.ð cõdi.inſti. ⁊ quod not.glo.pegrina in.l.cũ
allegãs.C.ð vſuris ⁊ pulchrum dictum Ang.i.l.ſicut.§.
ſupuacuũ.ff.qui.mo.pig.vel ypo.ſoluiĩ.Et adde elegã
tem doctrinam Bal.in.l.ſi.ff.ð hered.inſti. ꝙ ſi aliquis
minatus ẽ mortẽ alicui ⁊ poſtea ille talis repitur occiſuſ
ꝙ ſi ille minãs erat ſolitus mãdare minas ſuas executõi
erit preſumptio cõtra eum faciat in arg.l.i.C.ſi quis im
peratori maledixerit vide modernos in.c.lr̃as de pſu.
5 ⁊ que ibi dixi.Et probat iſte tex.† ꝙ ſpecies cõtractus
magis cognoſciĩ ex pactis ⁊ tenore cõuẽtõis ꝙ̃ ex ṽbiſ
i illo appoſitis hic eni verba appoſita expſſe ſonabãt in
vẽditõeʒ ⁊ tamẽ pacta hic appoſita iferebãt ad pignus
⁊ ſic potius attẽdi dʒ mens ꝙ̃ verba etiam ſi verbis cõ
tradicat.l.ſcire oportet .§.aliud verſic. ⁊ ſi maxime ṽba
.ff.de excuſa.tuto.non enim i folijs ſed ſenſu cõſiſt euan
gelium.c.marchion ⁊ baſilides.i.q.i.c.intelligẽtia ð ṽ.
ſigni.Et ideo pulchre dixit tex.i.l.iij.C.ð lib.preteri.vbi
enim manifeſtiſſimus ẽ ſenſus teſtatoris iterpꝛetatio ver
borum ſit vt melior ſenſus exiſtat vide pulchra dicta q̃
rettuli i.c.ii.requiſitis ð appella. tamẽ in veritate ꝯtra in
ſtrumẽtuʒ preſumiĩ eẽ tale quale apparʒ in prima ſui ſi
gura.l.Hniſ.C.ſi quis alteri vł ſibi.c.ad noſtrã ð emp.

a¶ Donũ dei.
Atñ holem in
flat ⁊ ſupbum
reddit.vt ẽ iſnã
h. ad pau. ad
corinthios.c.i.
⁊ lʒ bal.in tra
ctatu ſciſma.ꝙ
donũ dei i hoiſ
pnidez elargiĩ
ꝑbi ãt fortaſſe
hoc negarẽt vt
hʒ doctor ſub
tilis preceptor
meus in.i.q.ꝓ
logi i.ſent. vbi
legere que nũ
quam nidiſti
nec audiuiſti.
ſed ꝯducabili
uſ tibi erit vide
ſpecu.in ꝓhe.
in ver . Cetera
vbi tenet ꝙ q̃
liber ſcia ẽ eſt
a deo ſed illud
cõcederẽt ꝑbi.

6 ꝛ vẽdi. vid' que late ibi. dixi. † Sꝫ pone uſurarius emit domũ a ticio ꝛ imediate illã locauit dicto ticio ita ꝙ vẽditor remãſit i poſſeſſione domus ꝑdicte cõſtituta certe penſione ipſi emptori an ꝑſumaĩ cõtractus uſurarius tangũt ſcribentes omnes queſtionẽ hãc hic ꝛ quidẽ. Jacob. de arena. eam diſputauit ſed non ſoluit quia pẽdebat ꝺ facto. Ego vidi queſtionẽ hãc arduã in qõne facti ꝛ cõſului. ꝛ ẽt bis allegaui voce viua ꝛ dicebam ꝯtum ex hoc ꝑſumi uſurarium cõſiderata conſuetudine feneratoris Do. Pe. hic tenet contractum indiſtincte fore uſurariũ per. d. l. ſicut. §. ſupernacuũ ꝛ ꝑ no. ibi a Bar. ꝛ per eundẽ Bar. in. l. poſt cõtractũ. ff. ꝺ dona. ꝛ dixit maxime ꝓcedere hoc ſi multi cõtractus repiunĩ ſub illa forma per uſurarium. Et dicit ꝙ in ciuitate ſenarũ iſti ꝯtractus vẽditõis ſepe fiebãt tẽpore ſuo. Et adde eundẽ cõſilio. ccxlvij. ꝛ ꝙ not. etiaꝫ idẽ do. Pe. cõſilio. lx. ꝛ idẽ ẽt ſeqtur hic. do. Card. ꝛ bñ facit not. dictũ Bart. in cõſilio icipiẽte Petrus Nicolai. ꝛ dicit do. Car. hoc ꝓcedere quo ad tertiũ ſꝫ nõ quo ad ipſum venditorẽ ꝛ hoc erat mihi allegatũ i cõtrariũ qꝫ dicebaĩ ꝙ vẽditor ñ poterat opponere ꝯ cõtractũ ꝛ allegabaĩ iſtud domini Card. ꝛ dictũ Bar. i. d. §. ſupuacuũ. ꝛ i. d. l. poſt cõtractũ ꝛ allegabaĩ mihi quedã pratica. d. Jo. ꝺ ferraris doctoris papienſis q in pratica ſua dicebat quod iſta fraus uſurarie prauitatis erat preſumenda quando icõtinẽti celebrata vẽditiõe uſurari' locabat vẽditori ar. ꝑ. l. poſt ꝯtũ ꝛ. l. ſi ventri. §. i bonis. ff. de priuile. credi. ſecus ſi ex interuallo ꝛ ita ponebat ad ꝑtem omnẽ theoricã canoniſtarũ ꝛ legiſtaꝝ. Ad ꝙ reſpõdebã ꝛ dicebã illd dictũ fore falſuꝫ ꝛ cõtra caſuꝫ. l. i. d. l. ſicut. §. ſupuacuũ i ṽbo poſtea ꝙ verbũ denotat interuallum vt eſt glo. in. l. pacta conuẽta. ff. ꝺ cõtrahẽ. em. ꝛ. l. cum fundũ. ff. ꝺ ꝛ vi ꝛ vi ar. nec Bar. i. d. §. ſupuacuũ ꝛ in. d. l. poſt cõtractũ loquiĩ i uſurario ꝛ loquiĩ ibi Bar. quãdo allegat illaꝫ fraudeꝫ i ꝑiudiciũ alterius ꝙ nõ eſt i iſto caſu ſed ꝗtum tempus reqriĩ qd duret i poſſeſſione vẽditor iſte ꝛ cõtract' iudiceĩ feneraticius vide Bar. i. d. l. poſt cõtractũ ꝛ i. d. §. ſupuacuum vbi pulchre loqĩ ꝛ cõcluſio ſua ẽ ꝙ ſtabiĩ arbitrio iudicis ꝛ cũ hoc dicto tranſeunt hic ſcribẽtes. ¶ † No. qd

7 emptio ꝛ venditio qñqꝫ ab initio eſt pura ſꝫ venit reſoluẽda ex euẽtu cõditiõis quãdoqꝫ ab initio ẽ cõditionalis ꝺ quo in. l. ij. ff. ꝺ in diẽ adiectiõe ꝛ ꝑ glo. bar. ꝛ alios i. l. i. ff. ꝺ dona. ꝛ dicĩ pactum. l. cõmiſſorie hoc modo vẽdo tibi rẽ pro. x. ꝛ ſi non ſolueris infra mẽſem ſit inẽpta an iſta ſit pura an cõditionalis vẽditio a ꝑncipio ẽ magni effectus qꝛ ſi ẽ pura ẽptor lucraĩ fructus alias ñ. Et cõcluſio ẽ qd in pacto legis cõmiſſorie ſit pura ſꝫ venit reſoluẽda ſub conditõe pactum vero adiectionis in diẽ poteſt fieri duobus modis. ꝑmo ab initio pure ſꝫ reſoluitur in cõditiõis euentum puta vẽdo tibi rẽ ꝛ ſi ali' obtulerit plus ſit inẽpta vel ab initio cõditõalis vt vendo tibi rẽ niſi infra mẽſem alius obtulerit meliorẽ cõditiõnem ꝛ vide not. glo. in. d. l. i. ff. ꝺ dona. que facit differentiam an dicaĩ res ſit inẽpta meliori oblata cõditõe. quia tunc ad repetẽdum rem cõpetit rei vẽdicatio ſecus ſi dicaĩ ꝙ res reuertaĩ. qꝛ tali caſu cõpetit actio ex vẽdito vide glo. i. l. ea. l. C. ꝺ pac. inter ẽpt. ꝛ vẽdi. ꝛ refert ibi bal. rõneꝫ Dy. quare in pacto. l. cõmiſſorie vel adiectiõis in diem tranſeat dominiũ recta via ex eo qꝛ eneruant titulũ ꝛ finalẽ cãm tranſlatiõis dominij pacta ꝑdicta. Sꝫ Pe. quem refert ibi Cy. dicit eſſe ſpãle in illis pactis qꝛ lex fingit dominium nõ trãſlatum Bal. ibi dicit ꝙ natura iſtoꝝ pactoꝝ ẽ qd dominiũ qd trãſferĩ ſuſpẽſiue transfertur ꝛ ideo reſoluto ꝯtu redit ad ſua ꝑcipia tractatiua.

a ¶ Publicari. Adde bart. ꝛ docto. in. l. ſi marito in ꝑnc. ff. ſol. ma. ꝛ ange. in auctẽ. de do. §. qꝛ do collã. vij. ꝛ nouiſſimos ſcribẽteſ hic.

8 ¶ † Quid ſi ẽ dictũ ꝙ ſi emptor non ſoluerit i termio liceat vẽditori quãdocũqꝫ retraheĩ rẽ nũquid ſi vẽditor poſt terminũ petit precium ſibi ꝑindicet. Dic ꝙ ſic ſm Dy. ꝛ ſequiĩ bal. i. l. cõmiſſorie. C. ꝺ pac. inter emp. ꝛ vẽdi. Et inquãtum glo. hic in ver. pignus mẽte cõtrahẽtiũ cõſiderata quaſi velit ꝙ nõ ſunt attẽdẽda verba. Adde Bal. in. d. l. cõmiſſorie vbi dicit qd iudiciũ ẽ impoſita neceſſitas ſeruãdi formã ſtatuti prout iacet ad lrãm. l. i. §. is qui nauem. ff. de exercitoria ipſe dicit hoc veꝝ ſaluo intellectu qui lraꝫ occidit ſpũs autẽ eius intellectũ viuificat ꝙ ẽ bñ notãdũ ꝓ itellectu iſtius tex. ꝛ gl. Et inquãtũ gl. in ver. ꝓximos allegat. l. ꝙ ſi nolit. §. ſi. vbi ꝓbatur vendo tibi rem ꝛ ſi diſplicet vollo tibi reddere preciũ ibi dicĩ ꝙ datur tempus. lx. dierum ad declaratiõnẽ ſue volũtatis niſi fuiſſet dictum ꝛ quãdocũqꝫ vt eſt glo. hic ſolẽnis Ang. ibi refert Bal. dicere ꝙ ſi quis ꝓmiſit aliquem ꝑſentare tociẽs quotiẽs opus erit intelligiĩ uſqꝫ ad ſiniꝫ. l. grege. §. poſt litem. ff. de fideiuſſo. ſecus ſi dixiſſꝫ tociẽs quotiens ꝛ quãdocunqꝫ. Et adde Bar. in. l. i. ff. de lega. ij. vbi allegat illum. §. ſi. ꝙ ſi ẽ factũ ꝯpromiſſum in arbitros nec fuit adiectum tp̃s ꝙ potuerant illi arbitri ꝓnũciare infra. lx. dies de quo vide ad plenum Ludo. rom. i. l. ſi quis arbitratu. ff. de verbo. obl. Adde ẽt eundẽ bar. in. l. ſi quis arbitratu vbi allegat illũ. §. ſi. ꝙ arbitrator nõ põt ꝓnũciare ꝑtibus abñtibus de quo late vide eundem Lud. i cõmẽ. d. l. ſi qs arbitratu adde eũdẽ bar. i. l.

9 nemo poteſt. ff. de leg. i. vbi allegauit illũ. §. ſi. † ¶ Utꝝ partes poſſint facere vt in cõtractu ſuo nõ poſſet opponi exceptio preſcriptionis vide que late dixi. i rubrica ſupra de preſcrip. Et inquantum glo. ſi. hic tangit ꝙ pẽa que apponiĩ in cõtractu an preſumaĩ in fraudem uſurarum appoſita. Adde late Bald. in. l. cum allegas. C. de uſuris Jac. butri. Bar. ꝛ alios in. l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cer. peta. de quo vide per omnes in. c. ſuam de penis. Et adde ſingul. glo. in. c. ſi feneratarius. xiiij. q. iij. que dicit ꝙ

10 † ſi mutuo tibi pecuniã cũ hoc pacto vt tu remittas mihi cum opus habuero ꝙ tale pactum nõ valet qꝛ nõ põt hoc deduci in pactum ꝛ licet ſim naturaliter obligatus bñfaciẽti bñfacere. l. ſed ſi lege. §. cõſuluit. ff. ꝺ peti. hꝛd. ꝙ illa naturalis obligatio ñ põt ꝺduci i pactũ ꝙ dictũ ẽ valde ſingulare. Et adde ad. d. §. conſuluit quod credo verũ i ꝯtractu mutui vt loquiĩ gl. qꝛ tenderet ad uſurariam prauitatẽ. Et adde ſingulariſſimũ dictũ Bal. in ti. ꝺ

11 uſur. li. vi. vbi dicit † ꝙ ſi uſurarius extorſit a me uſuraĩ ꝛ ego ſuꝫ cõtentuſ quod habeat ꝛ retineat qꝛ reputo me ſibi naturaliter obligatũ qꝛ benefacienti benefaciã qd ſecure ille põt retinere illas pecunias tene mẽti pro intel

12 lectu. d. §. conſuluit. † Et adde eleganſ dictũ creditor petit uſuras ꝓpter iuramẽtuꝫ ꝑſtitum a debitore debitor ẽ ꝑñs nec audet contradicere ꝑꝑ iuramẽtũ amic' debitoris ẽ ꝑñs vult illũ ꝺbitorẽ ꝑſentem ꝺfẽdere an poterit ꝺfenſor interuenire ꝓ parte ſicut abſente. l. ſatiſdãdo bal. in. c. i. de iureiuran. dicit ꝙ ſic allegat caſum ſingu. in. l. ſi. §. ſi. ver. ſed ſi actore. ff. de iureiuran. Et adde ſing. glo. in. l. ſi cõuenerit. ff. de pignor. actio. qꝫ allegat bal. i. d. c. i. dicens qd multiſ expedit inuenire feneratorẽ ſine quorum ſuffragio multi ſepe perirent ꝛ eſt vtile ꝛ mirabile

13 ad hoc. ¶ † Utꝝ dominus cuꝫ cõſenſu populi ſui poſſit facere quod iudex teneat publice banchum fenoris ꝛ de uſuris eis debitis. fiat ius hoc non decido nunc ſed vide Ang. in cõſilijs ſuis vbi in hac qõe cõſuluit vide Pet. de anch. qui etiam in cõſilijs ſuis conſuluit vide Paul. de caſtro. q etiã i ſuis cõſilijs conſulit. Et adde elegans dictum Bal. i. d. l. cũ elegans vbi dicit ad ꝓbãdũ ꝯtũ feneraticiũ ſufficit ꝓbare ꝙ ita erat ꝑordinatũ a partib' lꝫ tabellio ꝛ teſtes ſcripti i eo nihil ſciant de hoc ſi tñ ꝑ alios teſtes ꝓbeĩ allegat notabile dictũ Inn. i. c. grauis ꝺ depoſito. Tu tempa ꝛ intellige illd ſm doctrinã Ja. butr. ꝛ alioꝝ ſcribẽtiuꝫ in. l. pacta nouiſſima. C. de pac.

1 X litteris.

c † Mulier agit ꝓ dote ꝯ quẽlibꝫ ꝺtinẽteꝫ bõa mariti. h. d. In ꝑma ꝯſultatõ. In ꝺa miſio ꝺa ibi mãdamus. ¶ † No. ꝙ mulier ꝓ ꝺ

2 licto mariti ꝯdẽnari ñ põt nec ẽt ꝺ iuĩ ꝯſtringi nec ẽt ei'

a dos publicari'. l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. ꝛ ibi dicit gl. ꝙ mulier põt ſe obijcere ꝯtra executionẽ q ſit pro

ſit ꝑ facto mariti ſi res ad eā ſpectās occupeſ vide ſing.
tex. ſm Bal. i. l. ſi pater. C. q cede. poſ. vbi ē caſus aliqs
timet grauari ꝑ facto alterius pōt iudicis officiū iploꝛa
re quaten⁹ ibibeat ante factū ꝙ i pratice ē mirabile p⁹
antē factū requiriſ ꝙ debeat reuocari vt i. d. l. ob mari
toꝛum. Et adde Ang. i. l. ſi qs poſt. C. ð bo. dānato. vbi
dicit eſſe tex. ꝙ ſi aliqs habet rē meā ⁊ bona ſua cōfiſcā
tur poſſum ꝓpria auctoꝛitate rē meam accipe mihi nec
expectare icoꝛpationē ſiendā p ſiſcū. ⁊ reuera tex. eſt ibi
i verbo. mox vēdicet. ⁊ ē notabilis limitatio ſecūdum eū
ad. l. ſi qs in tantam. C. vñ vi. Dicit tñ opoꝛtere ꝓbari qð
ſit mea nec ꝓdeſſet cōfeſſio aduerſarij allegat glo. i. l. aſſi
duis. C. qui pot. i pigno. habe. Tu allega tex. iſtū i verſi.
ꝓbare. Adde etiaꝫ Bal. i. d. l. ob maritoꝝ i prin. dicētē
ꝙ iudex exequeſ reuocādo illā imiſſionē ⁊ ſicut ð facto
ꝓceſſit ita ð facto reuocat ⁊ adhoc allegat decretalē iſtā
⁊ tex. i. l. i. §. i. ff. ſi mulier vētris nomine ⁊ qð no. in. l. cū
minoꝛ. ff. ð euic. Tu pondera qꝛ iſte text. non probat di-
ctum eius imo dicit cōtrariū vt apparet in verſic. tibi cō
ſtiterit. Et ē ratio viua qꝛ iſta imiſſio nō fuit facta i bōis
dotalib⁹ ſꝫ i bōiſ mariti lꝫ tacite eēt hypothecata ꝑ dote
dictū eius puto ꝓcedere quādo fuit facta imiſſio in reb⁹
nis quã hʒ cũ eccleſĩs ſibi ſubiectis ⁊ cõmunionis ſʒ iſta
ratio ceſſat in eccľia exẽpta vł in eccleſia poſita in aliena
dioceſi ğ ſeqť q̄ ſibi nõ debeť quarta dixit tñ Pet.q̄ ni
hilomin⁹ ꝯpetit pape q i eccľia exẽpta eſt loco dioceſani
⁊ ẽ ordiari⁹ oiuʒ exẽptoꝝ.c.nulla.lxxxxiij.di. Nec ob.ſi
dicať monaſteria ſũt exẽpta a lege dioceſana vt in.c.cõ
querẽte ⁊.c.dilect⁹ de offi.or.⁊ tñ teneñť ad q̃rtã vt h q2
rñdeť q̄ i monaſterĩs ẽ expſſũ iure q̄ debeať q̃rtaʒ ſunt
exẽpta ſecus in alĩs. Nec ob.c.i nfa d ſepul.vbi hoſpita
larij ſoluũt quartã ⁊ tñ ſunt exẽpti q2 ibi loqtur de q̃rta
pochiali q̃ debeť pp ſacra ⁊ diuina miniſtrata defuncto
dũ vixit.c.i.de ſepul.ſecus in portione epali teneť tñ eccle
ſia exẽpta ad q̃rtã eccleſie pochiali q2 illa dbeť pp ſacra
⁊ diuina officia miniſtrata pochiano dfuncto vt in.d.c.
i.q rõ vẽdicat ſibi locũ in eccľia exẽpta vł eccleſia poſita
in aliena dioceſi.⁊ hãc opi. Inno.ſeqť hic.d.Pe.d.An
to.d.abb.⁊.d.Car.q ad hoc allegat cle.dudũ de ſepul.
⁊ illã allat hic.d.Abb.q ẽt allegat glo.in illa cle.duduʒ
in vñ.quarta q̃ dicit q̄ ſi teſtõr nõ ſepeliť apud frẽs mio
res nõ teneñť fratres ſoluere quartã de relicto eis facto
qõ dicit eẽ notandũ ⁊ iſtã opi.ſeqť h Jo.de imo.⁊ dãnat
oẽs opi. Hoſti.in ſum.de ſepul.§.a qbus vbi tʒ q̄ teneať
eccleſia exẽpta epo ad quartã.⁊ moueť p.c.ꝯſtitutã.xvi.
q.i.⁊ cũ ſeqť do.Car.de tuderto in ſua ſũma q̃rte canõi
ce dicẽs idẽ tenere Inno.in.c.i.de ſepul.ſʒ Inn.expſſe h
ibi nõ dicit.Sʒ.d.pe.de paſio in tracta.ſuo quarte cano
nice dicit hãc opi. Hoſtiẽ.cõiter reprobatã.⁊ ita reſidẽt
hic ſcribẽtes. Uos addite ad eos bal.in repe.c.ſi př.l.eo.
in.vi.in.xxix.col.vbi refert illã opi. Hoſti.⁊ trãſit cũ illa
ſed idẽ bal.in.l.ſi qs ad declinãdũ in.ix.col.C.de epiſ.⁊
cle.refert motiua do.car.de tuderto dicẽtis eccleſiã exẽ
ptã teneri ad quartã epo q2 hec q̃rta nõ petiť a loco tan
q̃ʒ a loco ſed tãqʒ a detẽtore relicti vel tanqʒ ab hř̃de po
chiali q nõ potuit ẽt ſi voluiſſet defraudare epʒ ſua q̃rta
arguit ẽt q̄ eccľia pochialis dʒ hře quartã ab exẽptis ğ
multo fortius illã dʒ hře epus q prius ⁊ potentius ius hʒ
arguit ẽt q̄ tota dioceſis dř pochia epi.xij.q.ij.c.hõe rei
17 c.apoſtolice de dona.c.ſignificauit de offic.or. Ex q̃ ꝯclu
a dit q̄ oia loca exẽpta teneñť epo ad quartã[a] relictoꝝ ꝓ
aia. Dicit poſtea ibi bal.q̄ recolẽde memorie př ⁊ dñs
ſuus do.Fed.de ſe.dicit q̄ ſm̃ vẽitateʒ frẽs minores pdi
catores ⁊ oẽs exẽpti ñ teneñť ſoluere iſtã cãonicã portõeʒ
nã ab exẽptis epus nõ petit quartã allegat Inno. Pet.
Jo.an.in hoc.c.ita dixit Fede.in ſuis cõſi.in.q.vi. Mõ
eſt videndũ ſm̃ cũ q2 do.Car.dicit vnũ ⁊ ille doctor di
cit ꝯriũ qs eoꝝ dicat veritatẽ. Et eſt ſciendũ q̄ vbi de
interpꝛetatione verboꝝ vel legũ agiť dignitas nil opať.l.
lrẽ in legato.§.pui.ff.de leg.iij. Tu allega meliorẽ text.i
c.ego ſolus.ix.di.in ver.alios aũt ita lego quãtalibʒ ſan
ctitate doctrinaqʒ polleãt ñ iõ verũ putent q2 ipſi ita ſen
ſerũt ſʒ q2 mihi p alios auctores vel canonicas vel pba
biles rõnes q a vo ñ abhorreãt pſuadere potuerũt.⁊ ille
tex.ẽ elegãtior q̃ʒ in iure poſſet allegari ad hoc ꝓpoſituʒ
vñ tñ eſt curandũ de dicto dñi pape magr̃aľr loqndo q̃ʒ
eſt curanduʒ de opiniõe vni⁹ ſimplicis viri nõ eni aucto
ritas ſʒ tñ rõ patrocinať. Mõ arguendo ꝓ exẽptis q̄
nõ teneať ad iſtã canonicã portionẽ ponit q̃tuor ꝯcloneſ
18 ¶ Pꝛia ẽ q̄ ñ loqť in exceptõe gñali q̃ oia mõaſteria
exẽpta ſũt a lege dioceſana.ſʒ loqť in exceptõne ꝓpria ⁊
ſpali p quã aliqua eccľia eximiť ab epo tãqʒ fili⁹ emanci
patus

patris a patre vt ſunt manumittiſ a dño. ⁊ dicit in pmis
 ꝙ a quo remouetꝰ officiū premiū remouetꝰ ipſum officiū.l.
neſcennius.ff.de excu. tuto.niſi tale pmium ſit ex iuris di
ſpoſitōe ⁊ nō dpēdeat ab officio.C.ō lega.l.administra
tione.codē mō dicit lex ꝙ a quo remouetꝰ cura remouetꝰ
cure pmiū.ff.de alimē.le.l.alumne.§.ab heredibꝰ ⁊ pba
tur ex ꝯiunctōe duaꝝ legū.l.ſi qs quos.ff.ō lega.ij.l.ſiqs
19 cū de cōdit.⁊ demon. ¶ †Scd̄a ꝯcluſio ē ꝙ epus nullā
hȝ cōiōnē nec participatōeȝ cū exēptis nec i rebꝰ q̄ pmitti
ne acqſitōe ſūt iuris eoꝝ cū exēpti eqpenꝰ emācipatiſ vꝫ
ſaltē libertis ⁊ certū ē ꝙ emācipati ⁊ liberti acqrūt ſibi
nō patri vꝫ dño nā vīculo poteſtatis ſoluto ſoluiꝰ acqſitio
q̄ ſit eo vīculo mediāte ſicut patet p diffuſas in iuꝫ ciuili
20 māṡ. ¶ †Tertia ꝯcluſio ē ꝙ facilꝰ tollunꝰ cōmoda pe
cūiaria q̄ȝ obſeqalia.l.i.C.ō bo.libe.vñ cū i monaſterijs
exēptis epus ñ habeat obſeqalē obediētiā ḡ nec cōmodū
21 pecuniariū. ¶ †Quarta cōcluſio ē ꝙ i monaſterijs ple
ne exēptis epus ñ hȝ epaleȝ curā rō ē ḣ plati locoꝝ exēpto
rū hñt iura epalia epoꝝ ⁊ ñ iſti epi vt i.c.cū ⁊ plātare.§.
in eccl'ijs ō pui.no.i cle.i.de re.ec.ñ aliena.trāſlato ḡ iure
epali i aliū neceſſe ē ꝙ ſiat cōmoditatiſ trāſlatio.l.i.§.i.ff.
ad trebel.i auct.vt iudices ſine qq̄ ſuffragio.§.illud ex q
bꝰ ꝯcludit ꝙ vera ē opi.do. ſede.pcipui dcretoꝝ doc.⁊
opi.iſtius car.nō ē vera ſȝ p eo facit ḣm bal.i.d ō quo ip
ſe cardinal nō meminit.l.dcm̄ Inno.qꝛ ſic formaliꝰ ait exē
pti ⁊ mōaſteria tenenꝰ ad quartā partē relictoꝝ iſta ſunt
verba Inno. n.c.i.in gl.magna in ṽ.que ō ſtatu mona.
Inno.loqꝰ de exemptōe canonica generali nō de exem
ptione ꝓpria ⁊ ſpeciali p q̄ȝ locus eximitur a legē dioce
ſana ⁊ a lege iuriſditionis ⁊ ita dicit tenendum iudicio
ſuo. ⁊ ita ſeruat conſuetudo que etiam debet ſeruari in
iſtis exemptis.cum enim exemptis plena exemptis epi
ſcopus non cōmunicet ſuos actus nec verſa vice debent
ei cōicari.argumēto ſumpto a correlatiuis.quia deſtru
cto vno extremo deſtruitur reliquū.l.ſi.ff.de accepti.⁊ ex
iſtis iſert ibi bal.ꝙ ſi aliqs nobilis vltramōtanus religt
eccleſie ſancti dñici mille ꝙ epus poterit habere quartam
ḣm opi.Hoſti.⁊ dñi Car.de tuderto ipſe ṽo cōcludit ꝙ
ſi relictū ē pro fabrica vel pro picturis eccl'ie que eqpanꝰ
fabrice qꝛ ptinēt ad perpetuū cultum diuinū ꝙ ſine vlla
dubitatione epus nihil dȝ habere.⁊ ſi exigat expectet irā
dei vt in.d.l.ſi qs ad declinādā.ſi autē ſimpliciꝰ religt ſūt
opiniones.ſȝ vera opinio ē ꝙ fratres pdicatores tāquā
exēpti nō tenenꝰ epo noie ſuo agenti.qꝛ epus cū eis nil cōi
cat nec principaliter exercet i eis.l.dioceſanā vel.l.iuriſ
ditionis extra quos terminos iſta canōica nō exigiꝰ nec
exigi pōt.vnū tñ cōcedit ꝙ ſi inter epm ⁊ fratres eſſet ali
qd pactū ꝙ illud pactū eſt ſeruādū.vt i.c.qꝛ ex eo de pa
ctis l.vi.vbi eſt caſus ⁊ idem dicit eſſe in omnibus locis
plene exēptis ⁊ ita belliſſime ſup hoc puncto quieuit dñs
bal.⁊ licet fuerit ſibi cōtrarius in.d.c.ſi pꝰ nihilominus
magis deliberate loquutus ē in.d.l.ſi qs ad declinādaȝ
⁊ idō allegareꝰ doctrina ſua ibi.⁊ ad hoc allego elegāteȝ
.l.diui fratres.ff.de iure patro. Adde etiā do.Card.in.c.
certificari.l.ō ſepul.in xviij.q.vbi ſeqtur opi.Inno.tāq̄ȝ
cōmunē.⁊ allegat.d.cle.dudū.§.huiuſmodi ad ſi.vbi vl
tra quartā parochialē ꝓhibenꝰ rectores ⁊ plati aliqd exi
gere ⁊ p platos ibi intelligūtur epi.qꝛ ibi parochiales
vel curati nō vocanꝰ plati ſȝ rectores.allegat gl.ibi in ṽ
bo plati.hanc opi.ēt ſeqꝰ ḣ Pe.de ancha.⁊ allegat pro
caſu dictā cle.dudū que loquēs in prelatis quoꝝ appel
latiōe cōprehēdunꝰ epi eos excludit a q̄ȝ canonica pter
eā q̄ eis vt curatis dbeꝰ.⁊ iſta ſunt que in ḣ paſſu ſcripta
ſunt p cōmētātes. Tu vero ante oīa pōdera qꝛ tex.d.cle.
dudū nō mereꝰ mordeꝛi p Hoſti.qꝛ eſt nouiſſima cōpila
tio q̄ȝ ipſe nō vidit.⁊ mirꝝ ē ꝙ bal.nō allegauerit illū tex.
ꝯ Hoſti.Et pōdera qꝛ do. Abbas.ſupius dixit ꝙ tex.ille
ꝓcedit in fribus minoribus ⁊ pdicatoribꝰ.⁊ ſic reſtrixit il
lum tex.vt nō vēdicet ſibi locū in alijs.nūc vero extēdit il
lum tex.vt habeat locū in alijs.⁊ p ꝯñs vꝫ ſibi contrariꝰ

Pōdera ēt qꝛ forte tex.ille ñ mereꝰ allegari ꝯ Hoſtien.
moueor hac rōe in mā exorbitāti.⁊ reſtrigibili.ſȝ genera
liter loquaꝰ nō cōprehēdiꝰ epus gl.reputaꝰ ſing.i.c.ij.de
prebendis in.vi.⁊ faciat glo.i.c.felicis.§.ꝙ ſi qs de peni.
22 eo.li.⁊ i.c.ij.§.pe.⁊ ꝙ no.ibi Io.an.de hereti.li.vi.i vbi
appellatōe dignitatis nō venit dignitas epalis ex eo qꝛ
eſt dignitas dignitatū vñ tex.i.c.venerabilis ō pbēd.ap
pellat epatū culmen dignitatis.facit.c.qꝛ periculoſuȝ de
ſen.excō.i.vi.⁊ dixi in ꝓhemio cle.⁊ i tractatu de pñtātia
Car.i pn.ita dicamus ꝙ i mā reſtringibili appellatōe p
lati nō vēit epiſcopꝰ.cū ergo ille tex.pōat materiā reſtri
gibilē ⁊ loquaꝰ in prelatis nō venit epus.facit.c.decerni
mus de iudicijs.c.cū ab eccleſiaꝝ prelatis de offi.or.⁊ fa
ciat rubrica iuncto nigro ne plati vices ſuas.⁊ idō nō ita
apte ille tex.deſtruit opi.Hoſti.⁊ domini Car.de tuder
to.⁊ ſȝ Bal.cū rācore ⁊ felle obloquaꝰ de dicto dñi Car.
nihilominus ipſe allegauit Inno.hoc tenentē in.c.ij.de
ſepult.vbi Inn.loqꝰ p ḣ verba mōaſteria ⁊ alia loca etiā
exēpta ab iſta canōica pochialibꝰ eccleſijs danda nō ſūt
exēpta.⁊ allegat.c.officij ⁊.c.requiſiſti.infra eodē.⁊ cla
rū eſt ꝙ iſtō.c.officij loqꝰ ō quarta debita epiſcopo.ergo
dcm̄ Inno.ē intelligēdū ḣm decretalē q̄ȝ allegauit vt di
xit bar.in.l.nō ſolū.§.liberatōis.ff.de liberatōe legata.ḡ
ſeqꝰ ꝙ Inn.aperto ore tȝ loca exēpta teneri ad hmōi q̄r
taȝ epo.⁊ hoc idē voluit ipſe Inno.in.d.c.i.ō ſtatu mo.i
ṽbo quere.dicit eni cū exēpti ⁊ monaſteria teneanꝰ ad ō
bitā ptem relictoꝝ cā mortis.allegat.d.c.reqſiſti.ſȝ dictū
c.reqſiſti loquiꝰ dē quarta debita epo ergo intellexit lo
ca exēpta teneri ad quartā epo.⁊ ſimpliciter loqꝰ de lo
cis exemptis ſiue ſint generaliter exēpta ſiue ſpāliter.⁊
ſic nō dȝ reſtringi dcm̄ eius vt fecit bal. Reſtat nūc vide
re que opinio ſit ṽior in puncto iuris.⁊ vꝫ opinio Hoſt.
qꝛ vbicūq̄ȝ aliquis impediꝰ ab alio exercere onus nō ē p
uandus a pmio oneris.tex.ē in.l.ab adminiſtratiōe.C.ō
lega.ſȝ iſta exēptio ē facta a ſupiore.⁊ ſic epus nō exercet
curā ⁊ iuriſditiōeȝ in loco exēpto ipeditus iuſto ipedimē
to ſupioris ergo nō dȝ excludi a pmio.qꝛ afflictio nō eſt
adiungēda afflicto.v.diſ.c.ad eius cū ſi.l.diuus.ff.ō offi.
preſi.ſeqꝰ ergo ꝙ ſatis eſt ꝙ epus ſit priuatus cura ⁊ iu
riſditōe.nō dȝ ergo puari cōmō quarte nec ē pſumēdum
ꝙ ſupior voluerit piudicare in tm̄ iuri tertij.c.ſup eo.de
offi.deleg.c.ex tuaꝝ de aucto.⁊ vſu pallii.l.cū auus.C.ō
emancipa.libero.cū ſi.vñ videreꝰ mihi dicēdū ꝙ aut iſta
exēptio ē fcā ab epis.aut ē fcā a ſupiore.ſi ē fcā ab epo ꝓ
cedat opi.Inno.⁊ ſeqciū.ſi eſt fcā a ſupiore ꝓcedat opio
Hoſt.qꝛ cū agiꝰ ō piudicio ꝓcedētis ſp ſit larga interpta
tio vt no.i.c.cū capella ducis burgūdie ō puile.⁊ iſto mō
poſſent opiones reduci ad ꝯcordiā qd mēti cōmēda qꝛ ē
nouū.Et inqñtū dixerā ꝙ epo nō cōpetit q̄rta ō eo ꝙ re
linqꝰ eccl'ie poſite ex̄ ſuā dioceſiȝ addō bal.i.d.l.ſi qs ad d
clinādā vbi tȝ iſtā partē ⁊ alleꝰ rōnē qꝛ cōiōnē cū talibus
eccl'ijs i aliena dioceſi ꝯſtitutis imo q̄ ad eas ceſſeꝰ iure p
uati ſȝ epus illaꝝ eccl'iaꝝ hñ hēbit q̄rtā ⁊ eccl'ia pochia
lis dȝ hr̄e q̄rtā ō relictiſ p ſepultura ex̄ dioceſiȝ ⁊ alleꝰ Fe.
vbi.ſ.Et ē rō qꝛ in iure pochialis eccl'ia ñ cōſideraꝰ terri
toriū ſecꝰ i iure magratꝰ vel epi vt.l.ñ ſolū.§.q teſtō.l.pp
23 litē.§.vltimo.ff.ō excuſa.tuto. ¶ †Quid ſi relinqꝰ eccl'ie
a nō curate an epus ōbeat hr̄e quartā[a] vꝫ ꝙ nō ex quo nō
ē ibi cure miniſteriū nec labor.ff.ō annuis lega.l.ſeyo.Cō
trariū ē verius qꝛ lȝ nō ſit curata in ſe tñ ē ſub cura epi ⁊
viſitaꝰ p epm de q̄ i.c.epus.x.q.i.p Archi.ita pulchre di
24 xit bal.in.d.l.ſi qs ad declinādā. ¶ †Quid ſi relinqꝰ ec
cl'ie ſite in ꝯfinio duaꝝ dioceſū dic ꝙ dȝ diuidi inter vtrū
q̄ȝ epm.l.titie textores de lega.i.⁊ qd no.in ſimili i.d.cle.
dudū.§.verū.ḣȝ bal.in.d.l.ſi quis ad declinādā.adde ꝙ
pulchre voluit Io.mona.in.c.i.de tēpo.ordina.libro.vi.
⁊ ibi vide Dñi.referēteȝ dicta ⁊ vide bal.in.l.iuriſperi
25 tos.§.cuȝ oriundꝰ.ff.ō excuſa.tuto. ¶ †Quid ſi teſtator
religt bōa ſua diſtribuēda arbitrio executoris iſte execu
tor diſtribuit q̄dā pſonis q̄dā locis ō qbꝰ ſolueꝰ q̄rta epo

[a] ¶ Quartam adde Bal.i.c. certificari ver. ſed hic q̄riꝰ.x. col.de ſepul.⁊ Io.an.⁊ oēs doc.⁊ vꝫ oēs ſcribētes hic.

ſupius allegaui elegans ꝯſiliū Ang.cxliij.⁊ reuera ille dcā fuerūt Bal.in.d.l.ſi qs ad ꝺclinādā.q ēt dicit ibi vale de ſingl'r ille executor elegit quādā viduā in paupez.ſed illa vidua poſtea donauit hoſpitali miſericordie ⁊ viuit illa vidua ep̄s vult q̄rtā iſpecto ꝙ hoſpitale miſicordie poſſidet.ſʒ hoſpitale ꝺfendit ſe q2 nō hʒ imediate cām a teſtōre.ſʒ ꝯſuxit ad illud p pſonā liberā ꝺcidit ibi Bal. hoſpitale nō teneri p.l.pr̄.§.qndeci.ꝺ leg.iij.nā id qđ eſt liberꝫ in pſona imediata ē liberꝫ i pſona mediata ꝙ dicit eē valde no.⁊ ibi ēt q̄rit relinq̄r vultui ſcō de luca ꝙ ep̄s dʒ h̄re q̄rtā pp ꝯiunctōʒ q̄ ē adinuicē.l.i.§.mūcipiū.ff.ad

26 .l.fal.¶ Quid ſi relinq̄r collegio leproſoꝝ an ꝺeāt q̄rta ep̄o vī ꝙ ſic cū tale collegiū videat̄ eē religioſuʒ ⁊ licitū vt no.Inn.i.c.ij.ꝺ eccle.edi.ſʒ hoſti.ibi dic̄ ꝙ nō ē collegiū religioſuʒ niſi ꝓmittāt ſubalia r̄le ꝺ qb᷒ in.c.cū ad mōaſteriū de ſta.mo.nec repit̄ datū eis a iure p̄uilegiuʒ.ſʒ dūtaxat p̄uilegiū de deci.nō ſoluē.Subdit t̄n tales leproſos cēſeri miſabiles pſonas ⁊ eis legari poſſe.d.pe.de anc.dicit ſe credere ꝙ nō teneant̄ ad cāonicā portōēʒ cū legatū ſcm̄ eis videat̄ ſcm̄ vt paupib᷒ q ad canonicaʒ portiōʒ nō tenent̄.vt.d.l.ſi qs ad ꝺclinādā.⁊ q2 de mente iſtoꝝ iuriū vī eē ꝙ ꝺeāt̄ portio ep̄o p reſpectū ad loca.n̄ aūt ad pſonas.facit qđ h̄r in.c.ſeq.⁊ plus vī dicere Fed. de ſe.ꝯſi.cx.ꝙ ſi h̄nt certū locū n̄ fundatū auctoritate ep̄i nō tenerent̄.ꝯtriū t̄n tenuit Pe.de pu.in p̄fato tractatu.ſed ꝯ eū facit ſm̄.d.Pe.de anc.q2 de legato relicto p reſpectū ad pſonas.⁊ nō ad locū nō debet̄ q̄rta.⁊ ſic vī ꝙ de relicto collegio leproſoꝝ nō ꝺeāt̄ q̄rta.Idē voluit q̄n relinquit̄ loco vbi leproſi ꝯgregant̄ lʒ nō ſit fundat᷒ auctoritate ep̄i.Io.ꝺ imol.dicit poſſe ꝯcludi ꝙ ſi relinquit̄ leproſis in gn̄e non debet̄ q̄rta canonica ſic̄ nec debet̄ q̄n relinquit̄ paupib᷒ in gn̄e.vt voluit Io.an.in.c.ouđū de ꝯuer.ꝯiu.ſi aūt relinq̄r collegio leproſoꝝ vel leproſis tal' loci.tūc ſi loc᷒ ille fuit fundat᷒ auctoritate ep̄i ꝺbet̄ q̄rta p id qđ h̄r in.c.ſeq.ſec᷒ ſi ſit fundat᷒ p laycos ſine auctoritate ep̄i.q2 tūc nō debet̄ p ea q̄ ſupi᷒ dcā fuerūt.Tu vō dicas vt ſupius tenui de relictis hoſpitali p̄uato.q2 ex q̄ loc᷒ eſt pius debet̄ q̄rta portio ep̄o de relictis tali pio loco p tex.c.ſeq̄ntis.vide q̄.ſ.dcā fuerūt ⁊ qđ de legato ſcō ꝯuentui ſr̄m de penitētia tertij ordinis ſancti Frācīſci an de tali legato ꝺeāt̄ q̄rta Fede.de ſen.ꝯſi.cxlv.dicit ꝙ nec de hereditate relicta p̄dictis nec de legato eis ſcō poterit ep̄s petere q̄rtā.q2 eis nō relinquit̄ ſub noie mōaſterij vl' eccl'ie.⁊ q2 nō ſunt intitulati in aliqb᷒ locis.Itēʒ q2 ep̄s petit q̄rtā a locis ⁊ pſonis ſubiecti ſue iuriſditiōi vt ſupi᷒ dcm̄ eſt.ſʒ ibi tales nō ſunt ſubiecti ep̄o lʒ in aliquib᷒ ſint p̄uilegiati ꝯ exactōes ſeculariū.vn̄ ſtat᷒ ipſoꝝ dī potius quidā modus viuēdi q̄ꝫ r̄la vel religio.vt no.Io.an.⁊ Pau.in cle.pe.de ſen.excō.lʒ eoꝝ ſtatus aliq̄n appellet̄ r̄la vel ipſi appellent̄ religioſi nō ſequit̄ ꝙ ſint pſone eccleſiaſtice.nā layci h̄n viuētes dn̄r religioſi.vt i.c.ex multa de voto.⁊ in.c.ſi.de re.ec.nō alie.⁊ in.c.eccl'ia ſcē marie de ꝯſti.⁊ in.c.h̄n quidē.xcvi.di.⁊ ſic ſola obedientia q̄ꝫ p̄ſtant ſuo miniſtro nō facit eos viuere religioſos vel ꝓfeſſos.facit qđ no.in Spe.de ſta.mo.§.i.v̄.xxxvij.⁊ ſubdit ꝙ ꝯſiderato eo qđ h̄r in.c.duo ſunt gn̄a.xij.q.i.plura ſunt ſuadētia eos eē ſub gn̄e laycoꝝ poti᷒ q̄ꝫ cl'icoꝝ.Io pro illa pte debēt iudicari.ar.eoꝝ q̄ h̄nr in.c.i.xiij.di.⁊ ꝯcludit ꝙ cū ꝓprie nō ſint religioſi ꝓprie ſumēdo vocabulū nec cl'ici nec pſone eccl'iaſtice qđ vī ēt interp̄tari cōſuetudo moderna q̄ hʒ eos poſſe ꝯuēiri corā iudice ſeculari ſequit̄ ꝙ relicta iſtis cēſent̄ relicta aut tāq̄ꝫ paupib᷒ aut tanq̄ꝫ in opa pietatis ⁊ elemoſine erogāda ⁊ i nullo caſu p̄dictoꝝ vī cōpetere quarta ep̄o p id qđ h̄r in.c.ſeq.ad ſi.⁊ in.c.ex pte.el.iij.de ver.ſig.⁊ p Io.an.in.c.ouđū de ꝯuer.ꝯiu.⁊ ita reſidet h̄ Pe.ꝺ anc.ſed Io.ꝺ imo.dic̄ dcm̄.d.pe.ꝓcedere eo caſu q̄ tenem᷒ iſtos eē meros laycos qđ tenuit Laud.in.d.cle.pe.ſed tenēdo ꝙ nō dicant̄ meri layci.ſed deo ꝺuoti.⁊ p ꝯñs pſone eccl'iaſtice de quibus ſit mētio i.d.c.duo ſunt gn̄a.⁊ p ꝯñs de iure ſubſunt ep̄o vt tenuit ꝫēꝫe.⁊ pleni᷒ Io.ꝺ lig.i.d.cle.pe.⁊ ēt bar. in.l.ſp.§.qbuſdā.ff.ꝺ iure imu.vbi cōmemorat ſe ꝯſuluiſſe h̄ mō vna cū plib᷒ alijs doctorib᷒ ⁊ legiſtis ⁊ canōiſtis.tūc videret̄ ꝙ ep̄o ꝺret̄ q̄rta de relictis ꝯuētui eoꝝ ſicut ꝺbet̄ de relictis canōicis alicui᷒ eccl'ie ex q̄ eēnt pſone eccl'iaſtice.⁊ ſibi ſubiecte.q̄ aūt opi.ſit v̄ior dicit poſſe ꝯcludi ꝙ ſi ꝯſuetudo loci ſe hʒ vt tales poſſint ꝯuēiri corā iudice ſeculari.q̄ caſu cēſent̄ layci.⁊ nō ꝺbit̄ q̄rta ep̄o q2 ſeruāda erit ꝯſuetudo.l.minime.ff.ꝺ legi.c.cū dilect᷒.de ꝯſue.ſi aūt nō appeat ꝯſuetudo dicit v̄iorē eē opi.ꝫenꝫe.Io.ꝺ lig.⁊ bar.in.d.c.duo ſunt gn̄a.iđ vī ꝙ tūc ꝺeāt̄ q̄rta.⁊ multo forti᷒ hoc h̄ret locū ſi ꝯſuetudo diſponeret ꝙ ſolū ſub ep̄o ꝯuenirēt tāq̄ꝫ pſone eccl'iaſtice.Peruſij t̄n ſeruat̄.⁊ ēt h̄ bononie ꝙ ꝯueniant̄ corā iudice ſeculari.⁊ aliđ nō dixit h̄ Io.ꝺ imo.⁊ ꝓ certo ſatis tepide ſuit in h̄ paſſu locut᷒.Tu vō adde elegās ꝯſi.Io.cal.arguētis p̄mo ꝙ ꝺbeāt dici pſone eccleſiaſtice p tex.i.d.cle.pe.vbi ſtat᷒ eoꝝ approbat᷒ eſt a romano pōtiſice.ſcđo locū a noiatiōe.vt videm᷒ i.c.vt lex ꝯtinētie.xxvij.q.i.nam appellant̄ ſr̄es de p̄nia.et ibi pʒ.penitētes aūt ſunt pſone eccleſiaſtice.xi.q.i.c.i.⁊ hēmita q non eſt alicui᷒ ordis approbati p eccleſiā gaudet p̄uilegio clericali.vt no.gl.i.c.q vel.xvi.q.i.ergo multo forti᷒ ē dōm de iſtis ſr̄ibus penitētib᷒ q ſunt p ſedē apoſtolicā approbati.Poſtea vō ꝺtermiat ꝯtriū dicēs dictos ſr̄es nō eē pſonas eccl'iaſticas ꝓprie loq̄ndo.q2 nō ſunt cl'ici.⁊ h̄ ē claꝝ.nec religioſi.i.ſ.religiōe p ſedē apoſtolicā approbati nec ꝓfeſſi alicui᷒ ꝓfeſſiōis nō ſr̄m minoꝝ.vt i.d.cle.pe.pʒ nō alteri᷒ ⁊ h̄ claꝝ ⁊ h̄ rō ſumit̄ ex.d.c.duo ſunt gn̄a.Itē ꝙ eoꝝ ordo nō ſit religioſus pʒ.q2 nec ꝯtinenciā ꝓmittūt nec obedienciā.⁊ vtunt̄ ꝓprijs q̄ ſunt de ſbā religiōis.c.cū ad mōaſterium ad ſi.de ſta.mo.h̄n facit.c.i.ꝺ voto li.vi.nō obſt.ꝙ tēplarij hoſpitalerij ⁊ ꝯuerſi ſunt eccleſiaſtice pſone ⁊ gaudēt p̄uilegio cl'icoꝝ.vt no.in.d.c.duo ſunt gn̄a.nā q̄ ad diuerſos dʒ itelligi de ꝓfeſſis.vt no.i.d.c.duo ſt.⁊ i.d.c.vt lex ꝯtinētie tēplarij ēt ꝓfitent̄ r̄lam bti auguſtini ⁊ hoſpitalarij.Nō ob.qđ dcm̄ ē de penitēt.h᷒.q2 dʒ itelligi ꝺ ſolēniter penitētib᷒ de qb᷒ i.c.i capite.l.di.⁊ no.xi.q.i.aliđ.Nō ob.qđ dcm̄ ē de ꝺnoiatiōe.q2 ꝺnoiatio ex iudicialis vel q̄ ſit ab eo q nō pōt iura cōferre vel cū requirit̄ titulus vel certe forma i hoc caſu nō tribuit ius.⁊ p iſta ꝯcludit ꝙ nō ꝺbēt dici pſone eccl'iaſtice nec ipſaꝝ p̄uilegijs gaudent fatet̄ t̄n ꝙ ſi a papa h̄rent de h̄ p̄uilegiū eſſet eis obſeruādū.⁊ ita ꝯcludit.⁊ dicit ꝙ h̄ qđ pluries aures ſuas pulſauit.⁊ freq̄nter ſup ea ꝯſult᷒ recuſauit ꝯſulet̄ cū ſcriptura.⁊ pp reuerētiā ꝯſulētis cēſeat̄ mō nō potuit aſcribēdo ꝺſiſtē.⁊ ſic ꝯcor.cū laudē.i.d.cle.pe.q dicebat ꝙ ſt ſine rege q̄ſi locuſte ⁊ iudicat ipos q̄ſi nudos oī p̄uilegio clericali.⁊ q̄ſi de nouo egreſſos de vtero m̄ris ſue.⁊ i oibus.⁊ p oia eē iudicādos per curiā ſecularē.⁊ ita cum h̄ ꝯſi.Io.cal.trāſiuit.d.Pe.ꝺ anc.i.d.cle.pe.Adde.d.an.in.c.nullus.de fo.cōpet.vbi ſequit̄ opi.Io.ꝺ lig.⁊ Bar.⁊ alle.ēt Bar.in.l.i.ff.de pe.Adde ang.ꝯſi.ccxvij.vbi dicit ꝙ dci ſr̄es tertij ordis ſunt deo ꝺuoti ⁊ eccl'iaſtice perſone ⁊ exēpti a iuriſditōe iudicis ſecularis.⁊ alle.not.in d.c.duo ſunt.nō t̄n ſunt religioſi.⁊ alle.dcā Bar.i.d.l.ſp §.qbuſdā.adde.d.Car.i.d.cle.pe.vbi refert illud ꝯſiliū Io.cal.⁊ alle.Bar.i.d.l.i.ff.de pe.ꝙ ſi ſunt aſtricti ordini ꝓpetuo.ita ꝙ nō poſſint egredi vident̄ cēſeri perſone eccleſiaſtice tāq̄ꝫ perpetuo ꝺputati ad viſum piū.de.i.de deci.in ſi.c.cū p exēptionē.ꝺ p̄uil.l.vi.alſ ꝙ hēant certū modū viuēdi hoc nō imutat nāʒ pſone qn cēſeant̄ layci.⁊ hoc ſentit ſm̄ eū.gl.ibi dicit ꝙ nō eſt r̄la ꝓprie ſed modus viuēdi.⁊ ſic ſentit.d.Car.ꝙ iſti tales nō gaudeāt p̄uilegio eccl'iaſtico.adde.d.Abb.i.d.c.nullus vbi dic̄ ꝙ opi.Laudi.⁊ alioꝝ ē tutior.q.d.v̄ior.ſʒ ꝯtria opi.ē egor nā ſi ſtat᷒ eoꝝ ꝯſideret̄ plura vident̄ accedere ad vitā laycalē q̄ꝫ eccl'iaſticā.nā nō ſeruāt ꝯtinentiā cū hēant vxores nec paupt̄atē cū hēant ꝓpriū nec oino ſuare p̄ſſit obediētiā.q2 cū hēant vxores nō h̄nt oino poteſtatē ſui corporis.de ꝯſan.i

pſen. ⁊ aff. c. nõ oȝ vñ male ꝯcordat cuȝ eis cithara cuȝ
pſalterio vt in. c. diuerſis fallacijs õ clericis ꝯiuga. ergo
cũ magis accedãt ad ſtatũ laicalẽ ꝙ̃ eccłiaſticũ dñt cẽſeri
laici qꝛ mixtũ attribuit̃ ſimplici potẽtiori in quo magis
incaleſcit. l. queriť. ff. õ ſtatu ho. ⁊ idẽ dic̃ õ iſtis fratrib⁹
q dicunť milites ſc̃e marie apportãtes crucẽ in pectorẽ ⁊
idẽ dicit õ iſtis ieſuatis q vadunt diſcalciati cũ caputeo
albo qꝛ nõ dñt gaudẽ ꝑuilegio fori eccłiaſtici qꝛ nõ ſũt
clerici nec ſunt veri religioſi cũ nõ ꝓfiteanť illa tria ſub
ſtantialia regule imo nullũ ſubſtantiale ꝓmittunt qꝛ aliꝗs inde exit ⁊ põt ꝯbereť m̃rimoniũ ⁊ hñe ꝓpriũ tñ qꝛ cũ
ſint nati laici nec interuenit aliq̃s actus eximens a iuriſdi
tiõe iꝑatoris vt ordo vł cõuerſio dñt adhuc laici reputa
ri tñ do. Anto. in. d. c. nullus dic̃ de iſtis ieſuatis cũ tales
ſe aſtringãt multis diſciplinis ⁊ ambulẽt ſemꝑ diſcalcia
ti pñt dici in ſtatu penitẽtiũ. Adđ bal. in. l. pl. C. de ſacro
ſa. eccl. vbi dic̃ ꝙ milites gaudẽtes ⁊ ſorores tertij ordis
ſci Frãciſci ꝓpe ñ ſũt pſone eccłiaſtice allař cle. i. õ. relig.
domi. i gl. ⁊ idẽ bal. i. l. officiales. C. õ epiſ. ⁊ cle. dic̃ ꝙ mi
lites gaudẽtes nõ ſunt ꝓprie pſone eccłiaſtice ⁊ idẽ dic̃
õ iſtis pizocharis ꝙ hñt accidẽtale ſine ſubiecto ⁊ dic̃ ꝙ
nihil vȝ hit⁹ ille qꝛ ẽ poit⁹ qđđ apparẽtia i hitu ꝙ̃ exiſtẽ
tia ⁊ realitas i effectu vide eũdẽ bal. in. l. qcũqȝ. i. iiij. col.
õ ſuis fugiti. vbi dic̃ ꝙ ſi fit mẽtio õ fratrib⁹ minoribus
nõ cõtinẽtur ſorores ſancte clare. qꝛ iſtud femininũ ñ eſt
de hoc maſculino. qꝛ alio iure differũt in alio ꝙ̃ i ſexu qꝛ
differũt i rła ⁊ etiã in ſpẽ. ⁊ idẽ bal. i auc. niſi rogati. C. ad
trebe. in finalib⁹ vbis dic̃ ꝙ ille ſorores tertij ordinis nõ
ſunt ꝓprie deo dedicate ſȝ eſt qdã mod⁹ viuẽdi. iõ dic̃ ꝙ
eſt qualis qualis religio qꝛ nõ excludit ſubſtitutã. ⁊ faci
at qđ voluit idẽ bal. i auc. ſi q̃ mulier. C. õ ſacroſan. eccle.
⁊ idẽ videtur dicẽdũ in fratribus tertij ordinis ſancti fra
ciſci. ⁊ per ꝯñs ſentit ꝙ non ſunt pſone eccleſiaſtice. adde
do. car. in. cle. ꝑ litteras de preben. vbi dicit nõ eſſe verũ
dictũ Laudini volẽtis ñ gaudere priuilegio clericali niſi
clericos aut ꝓfeſſos. qꝛ etiã ſi nondũ cẽſeanť pſone eccle
ſiaſtice gaudent ꝑuilegio. ⁊ ponit exẽpluȝ i fratrib⁹ tertij
ordinis beati Franciſci. ⁊ allegat. c. vt priuilegia de pri
uileg. vbi fratres oblati qui mutauerũt habitũ ſeculares
gaudent ꝑuilegio clericali. Itẽ ad hoc vt aliqd cenſeať
eccleſiaſticũ ſufficit ꝙ ſit auctoritate epi deputatũ viui ec
cleſiaſtico. c. ad hec de ec. edi. vbi loquiť de reb⁹ ꝗ multo
fortius de pſonis qbus res accedunt. xij. q. i. c. ꝑcipimus
c. ꝑ veſtras de dona. inter vir. ⁊ vxo. ponit exẽpluȝ in no
uitio in religiõe q gaudeat ꝑuilegio clericali ⁊ q̃ ad ca
nonẽ ſiqs ſuadẽte. xvij. q. iiij. vt i. c. religioſo õ ſentẽ. excõ.
in. vi. q tñ nõ ẽ monach⁹ vt ibi. ⁊ ꝑ hoc dic̃ aut talibus ẽ tra
ditus certus modus viuẽdi a papa aut nõ. de p̃io ponit
exẽpluȝ in fratrib⁹ tertij ordinis vt no. i. d. cle. penul. ⁊ ta
les gaudẽt ꝑuilegio clericali. qꝛ oĩa nr̃a facim⁹. c. ſi apo
ſtolice. c. hi q õ ꝓbẽ. i. vi. qđ ãt papa poſſet appꝛet eadẽ rõ
ne q̃ pt aliquẽ aſcribẽ militie clericali ⁊ q̃ potuit clericos
eximeť tenẽdo ꝙ exẽptio clicoꝝ ſit de iure poſitiuo alle.
no. ꝑ ſe i. c. ij. de maio. ⁊ obe. Scđo caſu vł ſtandum op.
Laud. ꝙ nõ gaudeãt ꝑuilegio niſi ſint clerici vel religioſi
ꝑ ſupradicta nã nec inferior a papa põt nouã religiones
ꝯſtituere. c. fi. de religio. dom. ego tñ opi. ẽ ⁊ magis ſibi
placet ẽt de iure ꝙ dũmõ auctoritate plati hñtis ꝑtãť vt
epi ſint deputati ad aliquẽ vſuȝ ꝑpetuũ eccłiaſticũ vł piũ
⁊ gaudẽt ꝑuilegio eccleſiaſtico ita ꝙ cẽſeanť pſone eccle
ſiaſtice nõ tñ ꝙ gaudeãt ꝑuilegio canõis ſiqs ſuadẽte ꝙ
locũ hȝ in ꝑcutiẽte clericũ vel mõachũ vbi dic̃. ⁊ ſic nõ in
alijs niſi q̃tenus eſt in iure expꝛeſſuȝ ſicut exp̃miť õ ꝯuerſis
c. nõ dubiũ õ ſen. excõ. qꝛ ⁊ ipſi ſũt religioſi tales ꝗ q ſũt
hoſpitalarij vel ad aliuȝ vſum piũ õputati dũtñ ꝑpetuo
emutato habitu cẽſebunť pſone eccleſiaſtice ⁊ ita dic̃ ſe in
telligere qđ not. hoſti. in ſumma de regula. §. i. v. qd õ ru
ſticis ⁊ ſpecu. de ſtatu mo. §. i. v. xxxvij. ⁊ iura ſupius alle
gata. Si vero a nemine facta ẽ talis diſputatio ſicut ꝯtin
git in heremitis aliqb⁹ qꝛ aliq̃ñ ad tp̃s accipiunt aliquẽ
habitũ ⁊ viuũt õ elemoſinis nullo ꝑuilegio gaudẽt eccle
ſiaſtico nõ eniȝ ſunt incorporati eccłie quodã iure ſpũali
⁊ abſonũ foret ſi cẽſerenť pſone eccleſiaſtice cũ ſint meri
laici ⁊ recedãt ad libitũ ſui ⁊ ad nullũ vſuȝ eccleſiaſticuȝ
vel piũ auc̃te eccłie. i. plati q hoc poſſit deputati ſint ⁊ hoc
vltio caſu dic̃ ꝓcedẽ opi. Laud. ⁊ ſic. d. car. ⁊ clari⁹ ⁊ me
lius ꝙ̃ aliqs ali⁹ ſcripſit ſup hoc paſſu ⁊ mãȝ examinauit
⁊ ex dicto eius inferť ꝙ ſi relinqť collegio hẽmitaꝝ ⁊ ta
les heremite ñ ſunt õputati ab hñte auctoritatẽ nõ debiť
q̃rta epo. Tu vero cõſidera qꝛ glo. melior de corpore in
ris in. c. q vere. xvi. q. i. voluit heremitas eẽ ſub iuriſditõe
epi. idẽ voluit gl. i. c. nulla. xciij. diſ. ⁊ Inno. i. c. monaſte
riũ de elec. ⁊ archi. in. c. i. de exceſſib⁹ pla. in. vi. vbi tenẽt
ꝙ dicunť pſone religioſe ⁊ Inn. i. d. c. cũ monaſteriũ dic̃
ꝙ ſunt religioſe pſone ⁊ tenenť ſuare ⁊ cõmittere ꝯtinẽ
tiã allat. §. ecce. xxvij. q. i. gl. tñ recitat ibi ꝯriaȝ opi. faciat
glo. ſing. apud legiſtas in. l. ij. ff. õ in ius vocã. q̃ voluit he
remitas dñre ꝯueniri corã coꝝ plato. ⁊ eã ſeqť ibi Ang.
dicẽs fore pſonas eccłiaſticas ⁊ dñre iurare ꝯtinẽtiã. ⁊
pñt hñe ꝓpriũ allat. d. §. ecce. ⁊ Inno. in. d. c. cũ monaſte
riũ. ⁊ Io. an. in. c. i. de excel. pla. in. vi. vbi decidit ꝙ reli
gioſi de cõſenſu ſui plati pñt effici heremite. ⁊ idẽ tenuit
do. Anto. in. d. c. nullus de foro cõpet. vbi dixit heremi
tas gaudere ꝑuilegio eccleſiaſtico. ſȝ Laud. in cle. ꝑ litte
ras ꝑallegata tenuit ꝯriũ dicẽs ſicut eni tales ex vtero
mr̃is ſue ꝓceſſerũt laici ita in eodẽ ſtatu cẽſendi ſunt lay
ci ex quo nõ interuenit aliqs actus eos eripiẽs a iuriſdi
tõe imperatoris q ẽ duplex. ſ. receptio ordinis ⁊ ꝯuerſio ad
aliꝗ̃ religionẽ approbatã. c. ſi. de reli. do. ⁊. d. c. ſiqs ſua
dẽte. do. Ab. i. d. c. cũ monaſteriũ dic̃ ſe credere ꝙ ñ gau
deãt ꝑuilegio fori eccleſiaſtici nec apto iure hoc ꝓbat ⁊ hoc
dicit eẽ verius ⁊ tutius ſȝ cõtrariũ dic̃ fore equius ⁊ per
iſta relati ſunt maiores noſtri tã antiqui ꝙ̃ moderni qd
ſenſerint i hoc quottidiano ⁊ dubitabili paſſu. ¶ Nunc
vero opere p̃ciũ ẽ videre qs tãtoꝝ patrũ diuis ⁊ iuſti⁹ di
xerit ⁊ vł ꝙ opi. Guidonis õ bayſio q fuit archidiacon⁹
bononiẽſis cuius ꝯſiliũ refert bar. i. d. §. quibuſdã ⁊ opi.
zenzelini ꝙ iſti gaudeãt ꝑuilegio fori eccłiaſtici ꝙ ꝓbo
hoc mõ accidẽs adueniens enti q̃lificat illud ⁊ reponit
illud in ſpecie qualificata ⁊ informata iſta eſt gl. ſingu.
in. c. ſtatutũ de elec. li. vi. iũcto. c. lȝ canõ eo. ti. ⁊ libro naȝ
in dicto. c. lȝ canõ apponiť pena ꝓmota ad eccłiã paro
chialẽ ſi nõ faciat ſe ꝓmoueri infra annũ glo. vero in. d.
c. ſtatutũ q̃rit an diſpoſitio dicti. c. lȝ canon habeat locũ in
eccłia parochiali collegiata ⁊ tenȝ ꝙ ñ. qꝛ illa qualitas
collegii reponit eccleſiã parochialẽ in ſpecie diuerſa. mõ
in ꝓpoſito iſtis laicis accidit illa qualitas qꝛ dñr fratres
pñcẽtie tertii ordinis beati Franciſci vt dixit tex. i. d. cle.
penul. ꝗ illa qualitas facit eos diuerſos a laicis ⁊ ꝑ ꝯñs
ſeqť ꝙ vere nõ ſunt laici ⁊ denominatio fit a nobiliori ꝗ
nõ dicenť laici ſȝ dicenť fratres pñie ⁊ ſic alterata ẽ natu
ra laicał ergo ſequiť ꝙ ſi nõ ſunt laici ergo ſunt deo õuo
ti ⁊ penitẽtes ⁊ ſatis dñr penitẽtes ex q̃ papa eos ita ap
pellat vt i. d. cle. pe. facit qđ voluit Egidius in ꝓhemio
decretaliũ quẽ oẽs ibi ſequunť ꝙ appellatõe ſcolariũ nõ
venit rector ſȝ ſic ſcolaris ſȝ ꝗ iſti fratres õ penitẽtia ſint
laici ñ tñ veniũt appellatõe laicoꝝ ꝓp illã accidẽtiã ꝙ̃ ha
bẽt qꝛ ſunt fratres pñtẽtie ꝗ ñ ſũt mere laici ſȝ ſunt deo õ
uoti aut pñitẽtes ⁊ ſatis dicunť penitẽtes ex q̃ papa eos
ſic appellat vt dictũ ẽ ergo ſequiť ꝙ gaudẽt ꝑuilegio fo
ri eccłiaſtici ꝑ id ꝙ voluit glo. i. d. c. duo ſunt gñe q̃ dicit
qđ deo õuoti penitẽtes hoſpitalarij tẽplarij dñt ꝯueniri
corã iudice eccłiaſtico ⁊ facit gl. i. c. qiqs. xvii. q. iiii. ⁊ i. c.
q vere. xvi. q. i. ⁊ i. d. c. vt lex cõtinẽtie ⁊ i. d. §. ecce ⁊ i. d. c.
nulla faciat ẽt qꝛ iſti fratres ꝯgreganť ad cõtẽplatõẽ vi
te ſicut ẽ orare ad deũ. c. niſi cũ p̃dẽ õ renũ. ⁊ viuũt eccłia
ſtice ⁊ apportant certũ habitũ ⁊ habẽt oratoriũ ⁊ faciũt
celebrare diuina ⁊ redactus ẽ cõuentus eoꝝ ad inſtar
collegij eccleſiaſtici ⁊ obediũt ſuo miniſtro q̃ oĩa tẽdunt
ad ſpũalitatẽ ⁊ lȝ i eis ꝯcurrãt aliq̃ q̃ accedũt ad laicali

a ¶ Spūalibus. vide ad hoc. d. Alex. ĩ uno. in l. de qbus ĩ le gi. Cardi. i cle. ij. §. ſi. de reb⁹ ec. nõ aliená. ⁊ multa que. ĩ. de pſti. ⁊ pleriſ q; in alijs locis in apoſt. ad. d. And. diximus.

tatē vt hēt vxorē. tñ iſta ſunt potentiora. q2 ſpūalia. c. in-
ter corpalia. de trāſ. pla. ⁊ iſta ſunt attēdenda. ⁊ ab iſtis
tanq̃ a potentiorib⁹ cōpoſitū eſt denoiandū. l. qrit. ff. de
ſta. ho. ſ3 in h alr ⁊ nõ bñ argumentabat. d. Abb. faciat
ēt tenēdo doctriná. d. Car. inq̃tū voluit ꝙ ſi inſtituūtur
ab eo q h3 ptātē ad certū habitū. ⁊ ad certū vſum piū ta
les gaudēt puilegio eccliaſtico. ſ3 iſti fres de pnia ſunt i-
ſtituti a btõ Frāciſco ad certū habitū ⁊ nõ ad certū mo
dū viuēdi. ⁊ btūs Frāciſcus habuit ptātē iſtituēdi. qð p
bo p tex. in. d. cle. pe. in ṽ. de ordine tertio quē btūs Frā-
ciſcus inſtituit. Ex qbus ṽbis appet ꝙ papa approbat
inſtõnē de eis factā a btõ Frāciſco. g̃ ſequit ꝙ gaudēt p-
uilegio fori eccliaſtici. ⁊ p ↄ̃ns de relictis ↄ̃uētui eoꝝ de-
bebit q̃rta portio epo. ⁊ ſic opi. Arch. Zenze. Jo. ð lig. ⁊
ſequaciū eſt verior. ⁊ dicere ↄ̃triū eēt ledere pias men-
tes ⁊ trahere hoīes ab illo ordīe pniali. ⁊ iſta accōmoda
⁊ applica ad hēmitas vt dicant pſone eccliaſtice ⁊ ↄ̃ue-
27 niant corā iudice eccliaſtico. ¶ † No. ꝙ legatū fcm̃ epo
nõ cōputat in q̃rtā pro relictis factis eccl̃ie. ⁊ glo. aſ̃pe.
intellige ꝙ ēt ſi acceptauerit legatū põt agere ad ſupple
mentū qð eſt verū ſm̄ Inn. ſi poſtea appareat de fraude.
ſec⁹ ſi ſciuiſſet fraudē cōmiſſaȝ ⁊ nihilomin⁹ acceptaſſet
q2 tūc eēt ei iputādū ⁊ hēet locū r̃ſa dānū. li. vi. Nec ob. ſi
dicat ꝙ iõ acceptaret. q2 ſciebat ius ſuū durat. l. ſicut. §.
nõ vi. ff. q. mo. pig. vel ypo. ſol. q2 dixit Bal. in ↄ̃ſtonib⁹
feudoꝝ circa ſi. ꝙ ille q dicebat ſciebā ius meū durare. ⁊
lex diſponit nõ durare ꝙ ille talis nõ d3 audiri. ſ3 in filio
vī ſec⁹. q2 ſ3 teſtõr leget aliqð ⁊ dicat ꝙ ſit ↄ̃tent⁹ illo re
licto ſi fili⁹ acceptet põt agere ad ſupplementū in auc. vt
cū de ap. cog. §. aliud quoq; capīm. verū. cetez. ⁊. l. ſi qñ
§. i. C. de inof. te. ſec⁹ ergo eſt in epo. q2 ſi lego certā por-
tionē epo ⁊ volo ꝙ ſit ↄ̃tent⁹ ⁊ ipſe acceptat ꝙ nõ pote-
rit agere ad ſupplementū ſm̄ Inno. ⁊ Jo. an. ſ3 glo. iſta
ſentit ↄ̃triū inq̃tū equipat epm ⁊ filiū. ⁊ iõ ſicut fili⁹ põt
agere ad ſupplementū qñ pr̃ legat certā portõ3 ⁊ vult ꝙ
ſit in ea ↄ̃tēt⁹ ⁊ fili⁹ agnouit iudiciū dfuncti. ita qñ teſtõr
legat certū qð epo ⁊ vult ꝙ ſit ea portiõe ↄ̃tent⁹ qð eſt ↄ̃
Inno. ⁊ Jo. ð imo. dicit ꝙ vbi relictū aſcēdit ad q̃titatē
debite portiõis epo ⁊ fuit adiectū in legato ꝙ eēt illo le
gato ↄ̃tent⁹. tūc nõ poterit ápli⁹ petere ſ3 eſſet ſec⁹ qñ ab
ſolute fuiſſet relictū epo. ⁊ ſic põt itelligi iſte tex. vſq; ad
ver. ſi ṽo. Si aūt eſſet relictū epo min⁹ dbita portione ⁊
fuiſſet dcm̃ ꝙ illo relicto ſit ↄ̃tēt⁹. tūc aut epo acceptauit
ſimplr̃. ⁊ tūc nõ poterit agere ad ſupplementū. ⁊ ita põt
intelligi pmā r̃ſiõ3 hui⁹ capl̃i. aut nõ acceptauit ſimplr̃
ſi acceptauit legatū dūtaxat. ſ3 ↄ̃ditiõ3 illā nõ acceptauit
⁊ tūc vī ꝙ poterit agere ad ſupplementū. vt vī velle hic
Inn. ⁊ hoc caſu equipant portio dbita epo ⁊ portio dbi
ta filio iure nāe. ⁊ iſto caſu intelligat gl. hic poſita. ſecus
qñ epo ſimplr̃ acceptaſſet legatū ſibi fcm̃ ſub cōditiõe vt
illo eſſet ↄ̃tent⁹. q2 tunc nõ vī poſſe agere ad ſupplemen
tum vt vī velle Inno. hic ⁊ hoc caſu aliud erit in quarta
28 debita iure nāe filie p. d. l. ſi qñ. §. i. cū ſi. ¶ † No. ꝙ cõdi
tio q̃nq; ponit pro mõ vt ↄ̃bat iſte tex. in ṽ. cū ↄ̃ditiõe ⁊
hoc iportat illa dictio vt q̃ ſeqt q2 dictio vt facit modū ⁊
ↄ̃ditionē. c. vez de ↄ̃di. appo. ⁊ qð ibi no. ſile hr̃ in. c. ij. ð
ↄ̃di. appo. q̃nq; ↄ̃. c. raynaldus. ē co. in pn̄. q2 ↄ̃ditio ſit p
ſi ⁊ modus ſit p. vt de quo plene p Bar. in. l. i. ⁊ in. l. qb⁹
dieb⁹. §. ſi. ff. de ↄ̃di. ⁊ de. ꝙ limita niſi reſultaret prau⁹ i-
tellectus. q2 tūc dictio ſi nõ faceret ↄ̃ditionē. ſ3 exponere
tur ſi. i. Quis ita pulchre dixit Bar. in. d. l. i. de ↄ̃di. ⁊ de.
p. l. ſi. C. de libe. ⁊ eoꝝ li. ⁊. l. inter ſtipulantez. §. ſacrā. de
.ver. ob. ar. l. ↄ̃uenticulā. C. ð epi. ⁊ cle. ⁊. l. ij. C. de ↄ̃di. iſe.
29 ¶ † No. ꝙ nõ pſumit fraus niſi ↄ̃bet vt ↄ̃bat tex. ibi cõ
ſtiterit. l. quotiens. §. q dolo facit. ff. de ↄ̃bat. ⁊. c. ij. de re-
nū. li. vi. ⁊ dicit ꝙ ſufficit ↄ̃bat dolū p ↄ̃iecturas. vt ē gl.
in. l. dolū. C. de dolo. ⁊ in. c. ij. de renū. li. vi. ⁊ hr̃ in. l. poſt
ↄ̃tractū. ff. de dona. ⁊ in. l. ſicut. §. ſupuacuū. ff. q. mo. pig. vel
30 ypo. ſol. ⁊ in auc. ſed iā nec̃e. C. de dona. añ nup. ¶ † Ul
timo no. ibi ſaluis ꝙ noua ↄ̃ſtõ q̃ ↄ̃uidet ↄ̃ fraudes ⁊ di
ſponit in caſibus dubijs etiā gñalit⁹ ſup iure aliquo nõ
derogat indulgentijs ſpūalib⁹ ↄ̃ceſſis nec ēt papa ius cõe
ↄ̃dendo vī derogare puilegijs aut ſtatutis ⁊ ↄ̃ſuetudini-
a bus ſpūalibus loci. vt p3 in. c. i. de ↄ̃ſti. in. vi. poſſet tñ reuo
care ſi vellet illa q̃ nõ trāſiuiſſet in ↄ̃triū. vt hr̃ in cle. i. ad
ſi. de ſepult. pſertim qñ tenderent ad noxā. vt ↄ̃bat i. l. ex
fcõ. ff. de vul. ⁊ pu. ⁊ in. c. ſuggeſtū. de deci. ⁊ in. c. pen. de
cle. nõ reſi. quo aūt iure ſit petēda hec canõica portio di-
cas cõditiõe ex canone p id qð hr̃ in. c. ſeq. ⁊ in. c. põtifi-
ces. xij. q. iij. Alij tñ dicūt ꝙ poterit ēt peti actõe ex teſtõ
⁊ agi nedum ↄ̃ eccleſiā legatariā. ſed ēt ↄ̃ hrdem. ſ3 ṽior
opi. eſt ꝙ ſolū agi poſſit conditiõe ex canone. non. n. agi
põt ex teſtõ p epm cū nihil ſit relictuȝ ei nec ēt ei⁹ ↄ̃tēpla
tione fcm̃ ſit legatū. facit gl. in. l. iiij. ad ſi. ff. de libe. leg. ⁊
ſm̄. d. Pet. de ↄ̃uſio agi poterit conditiõe ex canõe per
epm anteq̃ ſoluat. ſi ṽo ſoluerit poterit agi ↄ̃ legatariuȝ
ſicut. n. falcidia reſecat legata. l. plautius ⁊. l. lineа. ff. ad
31 . l. fal. eodē mõ hec quarta. ¶ † Et ex iſtis iferūt ſcribē-
tes ꝙ i pīudiciū epi nõ poterit eccl̃ia legataria repudia-
re legatū. l. liberto octuaginta. ff. de bo. li. nec ob. l. q aūt
ff. q̃ in frau. cre. vbi dbitor põt repudiare legatū ſibi fcm̃
⁊ eodē mõ in pſono reſpectu liberti. l. i. ff. ſi qð i frau. pa
tro. q2 r̃ſidet pſono vel creditorib⁹ nõ cõpetit ius i lega
to fcõ liberto aut dbitori niſi poſt agnitionē. ſ3 epo ſtatiȝ
cõpetit ius petēdi q̃rtā poſt mortē teſtātis de relicto fcõ
eccl̃ie. vt h p3. ⁊ in. c. ſeq. iõ eccl̃ia nõ poterit in pīudiciuȝ
epi repudiare. faciat qð voluit Bar. in. l. ſi mihi ⁊ tibi. i
pn̄. ff. de le. i. ⁊ vide plene Jo. an. poſt Inn. ⁊ pleniſſime
d. Car. i. c. de his. ē. de ſepul. Et ad iſtos pſes adde Bal.
in. d. l. ſi qs ad ðclinādū. in. vij. col. ṽ. iuxta hoc q̃rit vtruȝ
iſta canonica debeat epo ita ꝙ eā peteꝛ poſſit actione ex
teſtõ. ⁊ alle. Inn. in. c. de his ⁊ ↄ̃cludit Inn. dicē ṽitateȝ
q2 cū inuito teſtõre poſſit epo ſuā canonicā portionē pe-
tere. ⁊ alle. iſtū tex. vī ꝙ nõ poſſit ↄ̃tendere titulū teſti ta
citū vel expſſuȝ. ſ3 mere ⁊ ſimplr̃ ↄ̃tendit titulū canonicū
⁊ iſtõ tene mēti. ⁊ iſtū tex. limitabis multū ſinglr̃. ⁊ fuit
limitatio Old. in ſuis ↄ̃ſi. relata p. d. Pe. ð anc. i. d. cle.
32 dudū. §. hmõi. in. iiij. notabili. † teſtõr legauit aliqð i piā
cām. puta vt aliqs accedat ad ſepulchꝝ dñicū vel ad viſi
tandū limina aplōꝝ Petri ⁊ Pauli ſi epo petat q̃rtaȝ
tunc ipediet volūtas dfuncti. q2 pecunia relicta nõ ſuffi-
ciet an hoc caſu debeat epo q̃rta. dicit ꝙ nõ. ⁊ alle. l. de-
cē. ff. de fideicõ. li. vbi ſi teſtõr legauit decē vt emat ſtuus
⁊ manumittat ꝙ nõ poterit detrahi falcidia. q2 illa de-
tracta ſtuus emi nõ poſſet. ⁊ p ↄ̃ns ipediret voluntas te
ſtatoris. ⁊ eſt no. ⁊ ſingu. limitatio ad iſtū tex. pp aucto-
ritatē tantoꝝ doctoꝝ ⁊ pp ↄ̃ſeruādā volūtatez defuncti.
¶ Sed ↄ̃ eos tex. eſt formalis in. l. legatā pecuniā. ff. de
admi. re. ad ci. ptí. vbi legata fuit pecunia ad vſuȝ publi
cū ſi detrahat falcidia ſ pecunia nõ ſufficiet ad vſum pu
blicū deſtinatū dubitat qð iuris. ðcidit ibi ꝙ falcidia d3
ðtrahi ⁊ volūtas dfuncti cõmutari ad aliū vſum. Eodē
mõ vī dcm̃ in. q. Old. ⁊. d. Pe. ꝙ epo poterit petere q̃r
tā ⁊ reſiduū legati cõmutabit ad aliū vſum piū. ⁊ multo
forti⁹ in caſu iſto. q2 iſta detractio q̃rte tendit in fauoreȝ
aie teſtõris. vt ſupius dixi. ſed in cāu. d. l. legata falcidia
non tendit in fauorē aie teſtatoris ⁊ nihilominus detra-
hit. quāto ergo fortius detrahet in caſu iſto. ⁊ ſi alr̃ dice
remus ſequeret fallatia quedā iudicio meo. poſſet enim
hac via teſtator defraudare epm ſua debita portione. q2
legaret ad vſum piū tm̃ pecuniā. vt ſi ex ea deberet ðtra
hi quarta nõ poſſet adimpleri voluntas teſtatoris. ⁊ iõ
ceſſaret quarta. ⁊ hoc eſſet formaliter ↄ̃ iſtum tex. dicen
tem epm non debere fraudari in ſua quarta. ⁊ ad. d. l. x.
poſſet dari r̃ſiõ ſatȝ iuri accõmodata. vȝ ꝙ illa falcidia
non tendit in fauorem aie teſtatoris. ⁊ per ↄ̃ns non pro
bat dcm̃ Oldra. ⁊ Pe. de anch. Scdo eciā poſſet r̃nde-
ri ⁊ iudicio meo melius diuerſe nature eſt falcidia debi
ta iure inſtõnis a quarta canonica debita epo. illa autē
ↄ̃hiberi põt a teſtatore in auc. de here. ⁊ fal. §. ſi vero ex-
preſſim.

pceſſis.ſʒ iſta pbiberi nõ põt ğ ſentiſ ꝙ argumẽtatio õ ill
la.ad iſtã vſ indigna cuicunqꝫ in iure exercitato ingenio
nec curo rñdere ad illã.l.ꝙ ibi teſtator mãdauit integra
legata ſolui.qꝛ iſtud eſt falſum qꝛ teſtator hoc ibi nõ dí
xit ſʒ iuriſcõſultus ibi dicat ꝙ hſ ac ſi teſtator mãdaſſet i
tegra legata ſolui.ſʒ reuera teſtator iſtis ṽbis vſus ſi fuit
gnimo animoſe dicaſ ꝙ ſi in caſu iſtius.c.teſtator mãdaſ
ſet integra legata ſolui nihilominus detraherẽſ q̃rta per
iſtũ text.⁊ de ṽbo integra vide ſupius dicta.Et iſta ſunt
noua ⁊ decidunt ad terrã dictũ Ɓldra.⁊ do.petri.Põ
dera ẽt ſubtilr iſtũ tex.qꝛ loqſ de relictis ⁊ ſic õ ſapienti
b⁹ cãm lucratiuã ex q̃ ſtero vnũ qõ tibi videbiſ nouũ ꝙ ſi
huiuſmõi relicta nõ ſaperent cãm lucratiuã nullo mõ de
berẽſ q̃rta canonica epo.⁊ ad h̃ allego elimatũ tex.in.l.
ſi ſuo.ff.de here.inſtitut.⁊ ibi dixit Bal.p illũ tex.ꝙ ille
q impẽdit obitũ nõ dꝫ dare bñficiũ.l.vnũ ex familia.§.ſi
de falcidia.ff.de leg.ij.⁊ iõ dicis ꝙ ſi ex forma ſtatuti õ re
lictis õbeat ſolui gabella cõi ꝙ nõ ſolueſ de male ablatꝭ
relictis ⁊ ibi dixit Angel.ꝙ ſi ex diſpoſitione ſtatuti lega
tũ debeat inſinuari vel poni in archiuo ⁊ legeſ credito
ri nõ hꝫ locũ tale ſtatutũ niſi acqreret aliqđ lucrũ ⁊ vide
pulchra ṽba eiuſdẽ Angel.in cõſilio.vij.⁊ in indiuiduo
allego bal.in.d.l.ſi qs ad declinãdaꝫ in ṽ.modo icidẽter
quero cõe Peruſii hꝫ hoſpitale de colle.mõ qdã rector
qui diu illud hoſpitale gubernauit ⁊ adminiſtrauit iſti
tutis filijs in certis reb⁹ in reſiduo iſtituit illud hoſpitale
qđ ẽ propriũ ⁊ peculiale cõis peruſij epus petit quartã
obijciſ epo ꝙ iſta inſtõ ẽ facta p recõpẽſatõe male abla
toꝝ ab ipſo hoſpitali iuxta no.in auc.licẽtiaꝫ.C.de epi.⁊
cle.preſumiſ eni eũ acquiſiuiſſe poſtq̃ fuit pmotus ad ad
miſtrandũ hoſpitale ⁊ p ꝯñs queſiuiſſe de bonis hoſpita
lis ipſius ⁊ iõ hoſpitale pdictũ ſe defendit ꝙ iſtõ nõ ẽ re
lictũ ex mera liberalitate ſʒ ẽ quedã reſtitutio ⁊ reaſſigna
tio ablatoꝝ ſiue pceptoꝝ ⁊ iõ õcidit ꝙ qñ hoſpitale nitiſ
ex gratia õliquẽtis ſi aliud epo nõ obſtet dꝫ epus hre q̃r
tã ſʒ ſi ẽ vera vel pſumptiua reſtitutio epo nõ dꝫ habere
quartã.l.ſʒ viuſfructus.§.dos.ff.ad.l.fal.cui⁹ rõ eſt eui
dẽs qꝛ ſi id qđ debetur p reſtitutõeꝫ ſoluereſ epo nõ con
tingeret liberatio qꝛ ſolueref aliqđ creditori vñ illõ qđ
dꝫ preſtari p remedio aie retorquereſ i oppoſitũ ꝙ ẽ ab
ſurdũ ⁊ allegat dictũ Inno.ꝙ qñ nõ reliquiſ pro aia ſʒ
ex aliq̃ iſigni ſeruitio quo qs recipit ab eccl'ia ꝙ epo non
dꝫ hre quartã allegat Inno.in hoc.c.dicit tamẽ ꝙ õ iſto
iſigni ſeruitio dꝫ cõſtare aliſ dicta p ſe in.l.illud.C.de ſa
croſan.ecc.Tu allega tex.meliorẽ de corpe iuris i.l.ẽt.§.
ex pterito.ff.de manumiſ.vidic.⁊ gl.in.l.ſi donatõe.C.de
colla.⁊ i.c.ſi quos.xij.q.ij.⁊ bar.i.l.ſi forte.ff.õ caſtr.pe.
cũ ſi.⁊ iſta ſi ſunt cõtemnẽda ſʒ claro iuriſcõſulto digna.
33 ¶ †Sʒ quota erit iſta portio cõiter dſ ꝙ ẽ quarta.c.de
quarta de preſcrip.c.vulterane.xij.q.ij.⁊ lʒ iura varient
qꝛ aliqua dicit ꝙ ẽ tertia aliqua ꝙ ẽ dimidia aliqua di
cunt ꝙ ẽ quarta iõ ſtante iſta varietate ſtandũ ẽ iuribus
poſteriorib⁹ ⁊ iura poſteriora dicunt de quarta.d.c.de
quarta ⁊.c.ſeq.niſi aliter ſe hret cõſuetudo locoꝝ qꝛ tũc
poſſet augeri ⁊ minui ſʒ cõſuetudinẽ locoꝝ.c.certificari
34 ⁊ gl.i.hic.¶ †Sed pone ꝙ cõſuetudo hꝫ ꝙ nihil debe
aſ an valebit talis cõſuetudo cõiter ꝯcludũt doc.ꝙ non
⁊ iõ Abb.antiquus in.c.certificari.J.õ ſepul.refert Gul.
naſo.dixiſſe ꝙ talis ꝯſuetudo ẽ ꝯ̃ apoſtolũ iõ nõ dꝫ dixit
eni apoſtolus ſiut ꝯſolationũ ſocij vt fuerãt paſſionũ qa
claruꝫ ẽ ſicut corui letanſ õ cadaueribꝰ mortuoꝝ ita dñi
clerici cõſolanſ ita ſcribunt oẽs in.c.de ſepul.p illũ tex.⁊
iſta ꝯſuetudo ꝙ nõ teneat tꝫ Goff.in ſũma de ſepul.ver.
qd ſi ſit ⁊ Hoſti.in ſumma de ſepul.§.⁊ an licitũ ṽ.qd ſi
cõſuetudo ⁊ hoc tenuit Raymũ.in ſumma de ſepul.vbi
tenuit ꝙ talis ꝯſuetudo ẽ irratõabilis ⁊ ꝯ̃ naturalẽ eqta
tẽ vt pꝫ ex nota.in.d.c.i.de ſepul.refert ⁊ ſeqſ Matheus
in cle.dudũ.§.huiuſmõi de ſepul.⁊ do.Pe.de peruſio in
tractatu q̃rte canõice ⁊ cõiter oẽs doc.h̃ limitãt h̃ niſi eſſꝫ
cõſuetudo tanti tẽporis cuius memoria nõ exiſteret in ꝯ̃
riũ facit qđ hſ in.c.ſup qbuſdaꝫ.§.pterea de ṽ.ſigni.⁊ in
.l.hoc iure.§.ductus aque.ff.õ aqua quotti.⁊ eſti.l.in cõ
cedẽdo.ff.õ aqua plu.arcen.⁊ in.l.ij.C.õ ſeruitu.⁊ aqua
⁊ in.d.c.de q̃rta de pſcrip.Sed tu pondera nã nõ vi eſſe
potẽtioris effectus pſcriptio q̃ ſit ꝯſuetudo nõ eni cõſue
tudinis eſt vilis auctoritas.c.ſi.de cõſue.⁊ illa que ſunt
queſibilia pſcriptõe ſũt queſibilia ꝯſuetudine vi pulchre
no.in.c.cauſamqꝫ ⁊ ibi vide dicta p me.X.de pſcrip.ſʒ pre
ſcriptio tollit iſtã quartã.vt eſt caſus in.d.c.quarta.ğ ſeq
tur ꝙ pariter cõſuetudo tollit in totũ.qꝛ nõ dꝫ eſſe maio
ris potẽtie pſcriptio q̃ ꝯſuetudo.⁊ iõ ſi pſcriptio tolliſ ğ
⁊ cõſuetudo legitime cũ titulo pſcripta.valida eſt eni cõ
ſuetudo longeua cõtra diſpoſitionẽ iuris cõis.nihilomi
nus dubito qꝛ erit ꝯ̃ apoſtolũ talis cõſuetudo ꝯ̃ cuius di
cta expreſſe diſponi non põt.ergo multo minus tacite p
35 no.in.c.ſunt q.⁊ in.c.que ad ppetuã.xxv.q.i.¶ †Quid
ſi legaſ pſbytero pro miſſis dicendis an debeaſ quarta.
Cõcludit do.Pe.ꝙ ſic qꝛ nõ eſt de caſib⁹ exceptuatis i
c.ſi.Leo.iõ remanet ſub regula.hoc tenuit do.Car.de tu
derto in ſuo tractatu qđ dictũ intelligẽdũ eſt qñ relinqſ
pſbytero hñti titulũ in aliqua eccleſia.qꝛ tũc vſ cõtẽ
platione ſue eccleſie relictũ.ſecus ſi nullã eccleſiã haberet
qꝛ tũc cõtẽplatione pſone vſ relictũ ⁊ iõ nõ debeſ quar
ta p no.in.c.ſequẽti vide bal.in.d.l.ſi qs ad declinandã
in.xi.col.ṽ.⁊ p hoc apparet ꝙ opinio dicẽtiũ quartã de
trahi p epm de relictis cuidã pſbytero p miſſis dicẽdis ẽ
falſa.Et ſubdit hic Pe.de anch.ꝙ ſi relinqſ in genere p
ſbyteris p miſſis dicẽdis.ꝙ tunc vſ relictũ cõtẽplatione
eccleſiarũ qb⁹ preſunt.⁊ ſic vſ relictũ pſbyteris intitulatis
vbi aũt relinqſ pſbytero nõ hñti eccleſiã ñ debeſ quar
ta ſm eum p.c.ſequens.⁊ iõ cõcludit ꝙ ex q̃cũqꝫ cã pter
quã priuilegiata relinquaſ eccleſie iſta quarta dbeſ.idẽ
ſi ſimpliciter reliquaſ qꝛ p aia in dubio relinq vſ.vt in.c.
ſequ.⁊ adde bal.in.d.l.ſi qs ad declinãdã in loco pallo
gato vbi refert glo.in.d.clem.dudũ.§.verũ dicere ꝙ ſpã
le ẽ in fratrib⁹ minoribus vt teneanſ ſoluere quartã pro
miſſis dicendis eis relictis.ſʒ ſm verũ intellectũ illa glo.
nõ loqſ de quarta epali.ſʒ loqſ de parochiali que ẽ alte
rius cõditiõis ⁊ rõnis.iõ illa glo.non ob.Preterea illa
gl.ponit argumẽtum a ſpali.ergo in cõtrariũ eſt ius cõe
36 ſʒ bal.ibi.¶ †Quid ſi rector eccleſie decedat ⁊ nemine
exiſtente de cognatiõe ſua ſuccedat eccl'ia ſua.dic qđ q̃r
ta debebiſ epo facit qđ hr̃ in.c.ij.õ ſucceſ.ab inteſtato.x.
q.i.c.de his.⁊.c.decernimus.nã ẽt de eo qđ queriſ eccl'ie
parochiali ex iuris diſpoſitiõe debeſ epo quarta.facit ꝙ
no.Jo.an.i.d.c.certificari.ſʒ põe ꝙ iſta ciuitas hꝫ quod
dã hoſpitale ⁊ neſciſ ſi ibi epus iterpoſuit auctoritatẽ nec
ne tamen apparet de paciẽtia epoꝝ ⁊ ꝙ apud epꝫ ⁊ apđ
oẽs fuit tentũ ⁊ habitũ pro hoſpitali.iſtud tñ hoſpitale
nunq̃ ſoluit aliquã canonicã portionẽ.modo epus hodi
ernus petit canonicã.an poſſit pro parte hoſpitalis aliſ
ꝙ ẽ priuata domus nec preſumiſ auctoritas interceſſiſſe
.l.quecunqꝫ.§.ſi.ff.õ publica.pro epo allegaſ ꝙ illud qđ
eſt in nomine pſumiſ eſſe in iure ⁊ ꝙ paciẽtia hſ p accõ
modatione cõſenſus.l.ſi filius.C.de peti.here.l.q aliena
.§.i.ff.de acquiren.here.Preterea rector hoſpitalis dicẽ
do ego ſum rector ⁊ poſtea dicẽ iſtud nõ eſt hoſpitale vñ
nõ dꝫ audiri.l.i.C.de fur.c.ſolicitudinẽ de appel.aut iſtõ
nõ eſt hoſpitale ⁊ nõ teneſ.aut eſt hoſpitale ⁊ pſcripſit.c.
de quarta.de pſcriptio.⁊ iſta vltima ẽ veritas ſm bal.in
d.l.ſi qs ad dclinandã.qꝛ tẽpus cuius memoria ñ exiſtit
i cõtrariũ hſ loco puilegij.vt i.d.c.ſup qbuſdã.§.pterea.
17 ⁊.d.l.hoc iure.§.duct⁹ aque.¶ †Quid ſi teſtator reliqt
in caſu priuilegiato puta p fabrica.vt i.c.ſi.Leo.⁊ iſtõ le
gatũ nõ alteraſ ad vſum nõ priuilegiatũ an debeaſ epo
quarta.do.Pe.cõcludit ꝙ non qꝛ dꝫ inſpici cauſa pmor
dialis ⁊ iducit iſtum tex.Hoſt.ad queſtionẽ erat de cõ
ſuetudine cuiuſdã eccl'ie hõa bñficioꝝ vacãtiũ inter cãno
icos cõiſ diuidi vacat vnũ ꝙ liberalr a capl'o fuit aſſigna
tũ iſolidũ vni ex canõicꝭ vacat aliũ ꝙ diuidiſ ille petit ptẽ

ſuam an poſſit dici ꝙ ſic p iſtuȝ tex.in ꝟ.nihilominus ſaĉ
.l.latius de lega.i.⁊ ipuiẽt ſibi cãonici q potuerũt legem
aptius dicere ar.l.veteribus.ff.ð pac.⁊.l.qcqd aſtrigẽde
ff.de ꝟ.ob.⁊ pfecta donatio nõ renocaẽ.l.pfecte .C.ð do
na.q ſub mõ.xxij.q.ij.nõ eniȝ i fi.dicit tñ ꝙ multa ſunt ar
gumẽta i ↄtrariũ.l.ij.§.fi.ff.ð dote plege.Et põdera tex.
iſtum i ver.vẽdicare ꝙ ꝓprie adaptaẽ ad habẽrẽ dñiũ.l.
i rẽ actio.ff.ð rei vẽ.c.examiata de iudi.ex quo inferẽ ꝙ il
la portio ẽ debita ipſo iure vid gl.i.d.cle.dudũ.§.verum.
Et ↄ iſtum tex.opponiẽ ꝙ eps recipiẽdo relictum itelliẽ
giẽ renũciaſſe portõi ſibi debite.l.ſi.ff.de ioffi.teſta.vbi fi
lius patrocinãdo legatario vr̃ renunciare q̃rele ioſficioſi
teſti ⁊ .d.l.ſi ðbitor.ff.ad.l.falc.glo.quarta nõ ſoluit dic
ad.l.ſi.ꝙ illud ꝓcedit i q̃rela que ẽ odioſa vt ibi no.gl.
vel melius ibi ſcienter fecit.i.ſciẽs ſe eẽ exheredatũ iõ vr̃
approbare teſtm̃ ſecus ſi ignoraret.l.ſi mr̃ eo.ti.⁊ ille ac
tus neceſſario iſert ad ꝓbõnẽ teſti hic aũt lȝ eps acceptet
relictũ nõ ex hoc vr̃ renũciare ius ſuũ niſi hac ↄditõe fue
rit relictũ vt ſit illo legato contẽtus.Ad.l.ſi ðbitor reſpõ
de ꝙ teſtator illud voluit heres acceptauit ⁊ ſic ↄcordat
38 ¶ †Ultio queriẽ an canonica epalis ipediaẽ p canoni
cã pochialẽ ðbitã pſbytero pochiali de relictis eccľie ſe
pulture vt hr̃ i.d.cle.dudũ.§.hmõi do.Pe.ð pꝰſio i pſa
to tractatu dicit ꝙ ñ qr diuerſo iure ꝓueniũt ⁊ diuerſis
cõueniũt nã canonica epalis debeẽ pp iuriſditõis exerci
tiũ ſȝ parochialis pp admiſtratõȝ ſacramẽtoꝝ ⁊ iõ qr ex
diuerſis cãis ꝓueniũt ⁊ diuerſis pſõis ſt ðbite vna aliã ñ
ↄfundit ſȝ concurrũt in eiſdẽ reb' faĉ.l.generalr.ff.de fi
39 deicõ.libe.⁊.l.nõ eſt nouũ.ff.de actio.emptio. ¶ †Sȝ ð
queriẽ icidẽter que prius veniat ðtrahẽda ⁊ an ſcda dẽat
detrahi de eo qð ſupeſt fcã detractiõe prime quarte an
vero habito reſpectu ad totũ aceruũ ⁊ vr̃ eſſe magnum
cõmodũ que quarta prius detrahaẽ ſi.n.octigẽta ſint re
licta eccľie electe ſepulture ſi ðtrahaẽ pmo quarta epaliſ
illa erit quãtitas ducẽtoꝝ alia pochialis que ſcdo dedu
ceẽ ex illis ſexcẽtis erit quãtitas cẽtũ qnquagita.Si aũt
parochialis quarta detraheẽ primo cõtinget ecõtra qð
mior erit quarta epalis q̃ȝ quarta parochialis ⁊ ſic vĩ eẽ
magnũ cõmodũ que prius detrahaẽ ⁊ vr̃ ꝙ ðtrahaẽ q̃rta
epalis prius tanq̃ȝ dignior ar.c.ſi.I.eo.vbi eps ꝑponiẽ ec
cleſie parochiali ex ordie littere ⁊ ar.ab ordie littere eſt
validũ.c.i.de religio.do.lib.vi.no.in.c.ij.de iudi.Itẽ pre
rogatiua maioritatis cui ðferẽ.c.i.⁊.c.ſtatuim' de maio.
⁊ obed .c.ſi a ſede de pbẽ.in.vi.cle.i.vt lite pendẽ.in auc.
ð here.⁊ falc.§.iordiatũ Hoſt.dicit ꝙ ſi eccľia parochia
lis prius deducat quartã eps hẽbit q̃rtã ð reſiduo ⁊ q̃rtã
quarte parochialis eccľie ita dixit Hoſt.in ſũ.de ſepul.
§.ſi.⁊ in.c.certificari.I.de ſepul.⁊ ſm opinionẽ Hoſt.nõ
erit dr̃ia q̃ q̃rta prius ðtrahaẽ ſȝ.d.Pe.ð pꝰſi.tȝ ꝙ vtraq;
ðtraheẽ ð toto aceruo relicti puta ſi erãt q̃drigẽta relicta
eccľie electe ſepulture a parochiano alibi ſepulto q̃ȝ i ec
cleſia parochiali eps habebit cẽtũ ⁊ eccleſia parochialis
alia cẽtũ.Sȝ do.Pet.de anch.dicit ↄ opinionẽ Petri
de peruſio facere ꝙ no.Io.an.i.c.raynucius.I.eo.vbi col
ligit ꝙ qñ due quarte ſunt detrahẽde vna detracta alia
detrahiẽ de reſiduo ꝙ ſupereſt poſt detractionẽ prie ⁊ ñ
de toto aceruo hereditatis ⁊ aliud nõ dicit do.Pet.⁊
ita reſidet.⁊ ſic vr̃ tenere ↄ opi.Pet.ð peruſio.Do.meꝰ
Io.de imo.hic dicit ꝙ pp iſtud cõtrariũ formatũ a dño
Petro opinio Hoſti.reddiẽ verior q̃ȝ ſequiẽ Io.an.in
d.c.certificari in.x.q.⁊ p hoc videẽ ꝙ in dcõ caſu qñ reli
cta ſunt quadringẽta prius ðtraheẽ centũ ⁊ ð reſiduo ꝙ
ẽ trecentoꝝ eps detrahet quartã ⁊ ſic detrahet.lxxv.⁊ de
q̃rta habita p eccľiã parochialẽ detrahet.xxv.⁊ ſic i effe
ctu eps habebit cẽtũ ⁊ eccľia parochialis habebit lxxv.
⁊ ita reſidȝ hic ⁊ ẽ q̃tidianũ iſtud ⁊ in pratica ſepenũero
ↄtigit.Et ad Ioan.de imo.adde ꝙ opi.Hoſt.ſequiẽ do.
Cardi.in pallego.c.certificari.ſȝ operepciuȝ eẽt videre
qs iuſtius dixerit.an Pe.ð pꝰſio an Hoſti.quẽ iuris ca
nonici ſcola ſeqẽ ꝓ certo Pe.de pꝰſio verius dixit quod
dñdo formaliter ð mõ eccľia pochialis dȝ hẽre q̃rtã iudi
cij teſtatõris.ita dixit tex.i.c.i.ibi in verſi.ptex ſui iudicij.
⁊ in.c.ij.in ꝟbo oliuȝ rex ⁊ poſſeſſionũ q̃ñ p ſalute aie ð
creuerat diſponere medietatẽ eccľie ad q̃ȝ dignoſciẽ ptĩ
nere relinquaẽ ⁊ in.c.cuȝ ſup in ꝟ.de teſtõ ipſius quarta
vobis portio relinquaẽ.I.de ſepul.q̃ iura volunt ꝙ eccľia
pochialis dȝ hẽre quartã ⁊ dimidiam ſȝ ↄſuetudinẽ lo
coꝝ eius ꝙ teſtator relinqt ꝓ aia.ergo ſeqẽ ꝙ hẽbit q̃rtã
de toto aceruo relicti.nã eps debeẽ quarta inuito teſtato
re vt heri dictũ fuit.ſ appellaẽ iudiciũ defuncti nõ dedu
